

DISPUTATIO JURIDICA

745  
1663

*Qua*  
ANNUENTE  
DIVINI NUMINIS GRATIA,  
PERMITTENTE

22

*Magnifico, Nobilissimo atq; Amplissimo in florentissimâ LL. nu-  
trice SALANA Jctorum Ordine,*

PRÆSIDENTE  
VIRO

*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo*

DN. ERNESTO FRIDERICO

Schrötern / HÆREDITARIO IN Bicker-  
stadt / Jcto ET ANTECESSORE LONGE CELEBERRIMO,  
CONSILIARIO SAXONICO EMINENTISSIMO, CVRIÆ PROVINCIA-  
LIS, FACVLTATIS JURIDICÆ NEC NON SCABINATVS ASSESSORE  
GRAVISSIMO, DN. PRÆCEPTORE, PATRONO ATQVE PRO-  
MOTORE SVO ETATEM DEVENE-  
RANDO,

JVRA AC PRIVILE-  
GIA FVNERVVM,

*Publica Δημοσιφιλέντων Διοικήσεως proponit*

NICOLAVS Hartmann / ARNST.

THVRINGVS,

AUTOR & RESPONDENS;

*ad d. Octobr.*

In Acroaterio Jctorum, hor. consuet.

J E N Æ,

è Typographico WERTHERIANO,

(A. R. N. M DC LXIII.



DISPUTATIO JURIDICA

DR. ERNESTO FRIDERICO

EDITIONE HERTZOGIANA

IN ANNO 1811

IN REGIA UNIVERSITATE

HALENSI

PER

JUR. A. AC. PRIVILEG.

GR. F. H. V. M.

NICOLAUS V. S. B. H. V. M.

HALENSIS

HALENSIS

HALENSIS

HALENSIS

HALENSIS

HALENSIS

HALENSIS

HALENSIS





I. N. J.

746

Ta est! τὸν δεινὸν illud Φοβερῶτατον, ceu mortem appellat Aristot. 3. *Eth. 9.* nemini non imminet. Nulli ab eò exceptionem sibi fingere licet. Nullus in mundi hasce oras, nisi ab iisdem recessurus, ingreditur. Cui nasci contigit, mori restat: quem uterus protulit, tumulus expectat. Terrà marique, tam in pace, quam in bello, & tam domi, quam militia mortis periculum omnibus impendet, ceu eleganter scribit Paulus JCIUS l. 35. §. 4. ff. de mort. caus. donat. Et certa utique mors est, quanquam incerta eius hora; quomodo ex l. 1. §. 2. ff. d. C. & D. ostendit Schneidew. ad §. 1. l. d. interd. n. 30. Hæc nempe humanæ mortalitatis est conditio! Terram terimus, terram gerimus, & terra quoque erimus. c. in eccles. c. 13. q. 2. Hic finis noster, hic terminus! Qui expavescit eum, stolidissimus: qui cogitas semper, prudentissimus. Hunc enim, qui expectas quotidie, nunquam, crede, formidabis eum hodie. Telum prævisum nunquam nocuit. Basiliscus si videat prior hominem, lædit; sin videatur prior, nequit. Ita prævisa mortis hora ecquem terrere unquam valuit? Prolo-mæus Philadelphus medias olim inter epulas mortui cranium habuisse, à ministroque hæc sibi acclamari iussisse fertur: *Inspice Rex, & talem te futurum cogita!* Ecquam aliam ob causam; quam quod nec media inter gaudia mortis cogitationem negligendam esse probe calluerit? Scilicet, *sic semper formemus animam, tanquam ad extrema ventum sit: venientem enim nemo bilis mor-tem recipit, nisi qui diu ad illam sese composuerit* Senec. ep. 12. Nec de nihilo est, quod tam sanctè suum *memorare novissima!* inculca-verit nobis Siracides. Nec ineptè olim Platonici *Philosophiæ* nihil aliud, quam *mortis meditationem* esse affirmarunt. Est enim verè ea, quæ improbos hominum mores non à peccatis revocando solum, sed ad virtutes quoque reducendo emollire valet. Aug. l. 2. de gen. contr. Man. c. 28. quod *Philosophiæ* tribuunt a-



lii. Vid. Hieron. *ep. ad Heliod.* ex eodemque Senec. *ep. 25.* Hæc itaque reputans ego mecum, cum dissertationi futuræ materiam selekturus corpus Juris nostri (ut vocatur *l. un. pr. C. d. rei ux. act.*) evolverem, aptiorem hæc, quæ est DE FUNERUM JURIBUS, non credidi esse aliam, quippe quâ, dum intentus essem ei, non ingenium solum acutum, sed pietatem quoque auctum iri cogitarem. Cogitata res est, & illiæ decreta. Apprehensus calamus, & manibus ad DEUM erectis invocatoque eò, *l. 3. pr. C. d. V. J. E.* & in nomine Filii ejus Jesu Christi, quem per omnia colimus, *l. 6. pr. C. d. summ. Trin.* accinctum est ad opus, &, *συνεργῶντες* *Ἰησοῦ*, scriptum.

CAP. I.

*Definitionem tam nominalem, quam realem exhibens.*

§. 1.

RECTÈ Ulpian. *l. i. ff. d. 7. §. 7.* rei alicui operam daturum prius nôsse debere monet, unde nomen illud descendat. Ex proprietate enim nominum vis ac substantia investigatur rerum. Ant. Fab. *in Ration. d. 7. §. 7. lit. b.* & à verborum notitiâ rerum dependet intelligentia. Scal. *Ex. i. f. 1.* Unde non Paulus solum *l. 1. ff. de furt.* artem magis secutus prius nominis, postea rei definitionem tradidit, Borch. *§. 2. l. d. obl. q. ex del. n. 1.* sed & reliquos JCTORUM quoque in perferendis nominibus haud parum defudâsse constat ex *l. 1. ff. de pat. l. 2. §. 2. d. R. C. i. r. ff. d. V. S.* Quorum & ego vestigia impræsentiarum legens, dissertationis hujus vestibulum vocis enucleationem esse volo, quippe quâ facilior ad ipsam rerum cognitionem pateat aditus.

§. 2. Funeris vocabulum autem unde originem traxerit suam, varii variè sentiunt. Primi sunt, qui rem ipsam spectantes, à fœno funus dictum esse autmanr. Nec incongruè quidem! Homo enim sicut formosissimo florum non est absimilis, ita primò mane amoenâ venustate suâ superbire, sub vesperam verò prorsus emarcescere solet. Cui ipsi consonant Græci, qui cadaver seu funus expressuri *σπλετόν σῶμα* eleganter illud appellant. Et ipse consentit Spiritus S. fœno hominem simillimum esse



143  
847

esse asserens, *Es. 40. s. i. Petr. 1. 24. Jac. 1. 10.* Secus alii funus, id est, mortem quæ finem hominis esse scribunt, ex eò, quòd extremus humanæ vitæ sit terminus: non verò quòd causa finalis mors sit, propter quam nascatur homo; ceu Poeta olim somnauit, quem Euripidem fuisse Philop. conjicit; quò nomine falsè eum deridet Philosophus *l. 2. Phys. c. 2. t. 23. Conf. B. Stahl. Diss. Phil. s. p. 1. r. 3. m. 1.* Seorsim ab hisce sentiunt Isidor. *l. 20. Etym. c. 10. & l. 11. c. 11.* quique cum eò facit Donat. *in Andr. a. 1. sc. 1.* Ter. qui à funibus accensis, quos papyris cerâ circumdatis ferre solebant olim funus prosequentes, funeris vocab. ortum esse scribunt: quòd exinde natum Donat. *l. c.* testatur, quòd noctu plerumque efferre funera consueissent Veteres, diurna sacrorum celebratione dissenti. Id quòd clarius recenset Serv. *ad l. XI. Æn. Apud Romanos, inquit, moris fuit, ut noctibus efferentur cadavera ad funalia, unde etiam funus dictum est, quia in religiosa civitate celebant, ne aut Magistratibus occurrerent aut Sacerdotibus, quorum oculos nolebant, alienò funere violari.* Add. Dn. Kirchn. *l. 2. d. fun. Roman. c. 2.* Suum cuique arrideat. Veriores forte fuerint ii, qui à Gr.  $\Phi\upsilon\nu\sigma$ , quòd  $\Phi\upsilon\nu$  efferunt Iònes, dictum ductumque funus esse dixerint, quòd scilicet evolante animâ, occisus sit homo & concidat; pari ratione, quâ  $\Delta\alpha\delta\epsilon\ \tau\epsilon\ \pi\acute{\iota}\nu\eta\sigma\epsilon\upsilon\ \tau\omega\ \mu\acute{\iota}\mu\eta\alpha$  Græcos, & Ebr.  $\text{הַפְּהֵל} \text{ אֶל הַפְּהֵל}$  quòd cecidit ipsis est, desumisse constat. Quid quòd  $\sigma\upsilon\nu\upsilon\nu$ . quoque ejus cadaver à cadendo dici extra dubium sit, quòd rectius ita statuimus, quàm qui quæ caro data vermibus vocem hanc fictam esse & factam conjiciunt. Alii iterum aliter. Ego contentus Carone hòc gradum hic sisto.

§. 3. Jacta est alea! Etymologia funeris perlustrata: enucleanda sequitur homonymia. Et in varios pro more suo significatus vocem hanc rapere audent Poëtæ. Pro ipsâ morte vel mortis genere, quò quis extinguitur, accipi apud eos funus inpropatulo est. Vid. Virg. *l. 9. Æn. v. 308. Eclog. 5. v. 20.* & alios passim. Pro sepulcro, quò defuncti corpus asseruatur, positum legitur apud jam dictum Virg. *l. 3. Æn. v. 67.* Quin imò pro inanimatâ quoque rei interitu uturpatum funus reliquit Horat. qui miserand. Trojæ excidium intelligens, lacrymosa Trojæ funera

vera dixit, l. 1. *Carm. od. 3. § 8.* Vid. eund. *l. eod. od. 37. § 2. & lib. eod. od. 15. § 3.* Quà ipsà translatione quoque oppidorum cada-  
vera Serv. Sulpit ad Cic. scribens dixit; & Plaut. Servus a. 1. *sc. 5. Pseud.* occisa hæc res est! exclamavit. Verùm Poëtica hæc  
sunt signif. à Poëtis quoque usurpatæ, ab instituto hoc nostro a-  
liena. Propriæ & nobis convenientissimæ acceptiones sunt,  
quando funus vel ipsum cadaver hominis significat; quò sensu  
funus efferri Ter. a. 1. *sc. 1. Andr.* & inhumatum funus Lucan. di-  
xerunt. Add. *rubr. ff. d. relig. & ut funus duc. lic. Nov. 60. c. 1. § 1. Nov. 133. c. 3. § 1.* vel quando pompam, quâ exequiæ fieri solent  
mortuo denotat; quæ quidem acceptio est vulgatissima. *t. 1. ff. de  
ercisc. & passim.*

§. 4. Binæ significationes hæc nostri sunt instituti: quarum  
synonymiam tribus quoque verbis! Et quidem cum demigran-  
te è diversoriò suo anima, relictum corpus funus esse incipiat,  
inde sæpius defunctorum & mortuorum nomine corpus ejus-  
modi exprimi solet. *l. 4. ff. d. relig. & passim.* Ossa quoque  
hominis mortui pro funere seu cadavere posita leguntur, *l. 2. §.  
2. l. 8. l. 9. ff. eod.* quod dubio procul à Veterum illa *venegnavstia*  
natum est, quâ comburere cadavera, & ossa postmodum in ur-  
nam condere solebant, quam ossuariam inde vocavit Ulpian. *l. 2.  
ff. d. sep. viol.* (ossaria legi malunt alii. Vid. Cujac. *l. 10. obs. 37.*)  
id quod clarius patet ex *l. 1. ff. d. cadav. pun.* ubi ossa cineresque  
conjungit Ulpianus. Quò ipsò sensu reliquias etiam pro funere  
positas esse autumo, *l. 4. l. 44. ff. d. relig. l. 1. C. eod. l. 30. ff. fam.  
ercisc.* quas *reliquias* Ulpian. *l. 53. §. 5. ff. d. legat. 1.* cum Gr. Jctis  
Theophilo & Harmen. dixit. Unde & reliquias cineres expli-  
cat Brisson. *voc. b.* Add. Calv. *Lex. Jur. voc. reliq.* Nec obs-  
quod multi *venegnavstia* illam Ulpiani ætate ab usu recessisse di-  
cant. Vid. Dietherr. *addit. ad Besold. tb. pr. voc. Testament.* Ali-  
ter tamen accipiuntur reliquiæ *l. 38. §. 4. ff. d. legat. 3.* & itidem  
fortè aliter *l. 26. C. d. Episc. & Cler. & t. i. Decretal. & Sexti d. reliq.  
& vener. Sanct.* Et corpus quoque absolutè pro funere le-  
gimus *l. 14. §. 3. ff. d. relig. l. 42. ff. d. legat. 3. l. f. §. f. d. aur.  
argent. leg. l. f. ff. d. cadav. pun. l. 3. C. quæ res pign. ut alteram  
nem;*



13  
748

nempe tantum partem hominis, contradistinctam animam, significet, Aristot. 4. Top. §. 6. cum sermone consuetio pro tota substantia hominis ex materia & forma composita accipi soleat, l. 30. pr. ff. d. usucap. l. 23. §. 5. ff. d. R. V. B. Stahl. D. Phil. 11. p. 2. r. 8. n. 3. It. hyperbol. hominis vox pro cadavere accipitur, l. 14. §. 4. ff. de religios. cum regulariter homo mortuus non sit homo, gl. in l. 58. ff. d. cond. indeb. ut nec bestia mortua dicitur bestia, Br. in l. 18. pr. ff. d. instr. l. instr. legat. quippe quod principaliter ad hominem requirantur duo, corpus sc. ac anima, ex quorum conjunctione verus homo subsistit, c. 8. d. celebr. missar. vs. nam ad esse. Cum itaque anima h. l. absit, hinc homo idem hinc erit, quam qui fuit homo: quamobrem alienans quandoque ad dita legitur particula, quae hominis naturam destruat, l. 2. §. 2. ff. d. religios. Vid. Excell. Dn. Bechm. Phil. Pr. in incl. Sal. hac P. P. celebr. doct. d. statu, ampl. distr. tract. d. syll. sophist. sect. 1. c. 2. soph. 9. Posterior funeris acceptio diversas etiam suas habet appellationes, quae cum cuius nota sint, in adducendis iis operosius & onerosius esse nolo.

§. 5. Juris appellatio unde natales habeat suos inquirere, actam rem esset agere. Vide sis Welsenb. par. ff. d. 7. & 7. num. 14. ibiq. Nobiliss. Dn. Hahn. observ. theor. pr. n. cod. B. D. Ungep. ad Decret. al. d. V. S. n. 10. & trecentos alios. Unicum hoc, quid juris nomine veniat hic nobis, enucleasse sufficiat. Accipitur nempe jus non eo h. l. modo, quo servitutes tam reales, quam personales jura esse dicuntur, §. 2. & f. l. d. reb. corp. & incorp. pr. l. d. S. P. R. pr. l. d. usufr. §. 1. 2. 3. l. d. usu & hab. & passim, h. c. pro potestate, privilegio & facultate, respectu certae personae vel rei competente; ceu explicat ita Dn. Fibig. Elef. Jur. Publ. semid. 1. 9. 1. Jura enim haec cum facultates quaedam sint aut privilegia ad agendum aliquid vel habendum concessa, facile funeribus tribui ea non posse patet. Nec sumuntur h. l. jura pro statu & conditione personae certae, quo sensu dicitur rubr. l. d. 1. person. junct. rubr. ff. d. stat. hom. Nec alia juris significatio pertrahenda huc erit, Vid. Dn. Hahn. h. c. quam illa, qua jura praecipua, ordinationes, sanctiones & dispositiones denotant, quae iustum aliquid circa moraliter agenda vel omittenda praecipiunt. Add. Grot. lib. 1. d. 1. B. ac P. c. 1. §. 2. §. 6.

H

§. 6. Explicatis h. m. vocabulis, funerum jura nihil aliud, quam sanctiones, dispositiones & præcepta esse dico, quæ circa mortuorum cadavera vel sepelienda vel aliò modò legitime tractanda constituta sunt & obtinent. *t. r. ff. & C. d. religios. t. r. ff. d. mort. inferend. & sep. ad. t. r. ff. & C. d. sep. violat. & passim.*

§. 7. Et quidem vel ipsâ ratione naturali dictitante, vel communi omnium in societate civili viventium utilitate exigente, vel Majestate in Republ. disponente, jura ejusmodi circa funera constituta sunt. Cùm verò & summus religionis esset favor, & publica requireret utilitas, ne in sepulta jacerent cadavera, *l. 43. ff. de religios. l. 30. ff. famil. ercisc. Jak. in l. 22. §. 9. C. d. jur. delib. & maximè reipublicæ quàm citissimè defunctos terræ mandari interesset, Dn. Carpz Const. 28. p. 1. def. 39. n. 2. Thol. Synt jur. un. l. 2. c. 14. n. 8.* hinc singularia quædam jura circa funera à Superioribus constituta sunt, quæ privilegia funeraria dicuntur, *l. f. §. f. ff. d. relig.* quibus allicerentur alii, ut funeris exequias procurandas susciperent, quod nemo facile aggressurus esset, nisi privilegiis quibusdam exinde gauderet. Quæ de re eleganter ita Beuther. *d. priv. credit. c. 23.* ait: *Dass dem gansen und gemeinen Nutzen hoch und viel dran gelegen / damit die abgestorbenen Christen Menschen ehrlich zur Erden bestattet und begraben werden / welches vielmahls würde unterlassen bleiben / wo die privilegia funeraria nicht in Rechten versehen seyn solten.*

## CAP. II.

*Quod sepulturam naturali jure funeribus deberi probat, variosq. funerandi ritus demonstrat.*

### §. I.

SEPulturam omnium, quæ circa funera constituta sunt, juriû palmarium esse nemo, credo, inficias iverit. Est enim ea, quam non communis solum omnium consuetudo, sed naturalis quoque ratio civis nostrum tribuit. Nec à Gentium jure saltem confirmationem accipit, sed in naturali quoque ratione fundamentum habet; id quod tamen de materiali potius sepulturæ, quàm formali ejusdem intelligendum esse non dubito: curam



ram enim aliquam funeribus naturalis quidam ratio tribuit; ac modum, quò curantur, gentium jus inducit. *Sepultus*, inquit Plin. l. 7. H. N. c. 54. intelligitur quomò conditus; *humatus* verò humo contactus. Unde omninò sepulturam ab humatione tantam materiale seu actus substantiam à formali seu determinatione suà distinguendā & hanc gentium juri, illam verò naturali assignandam esse censeo, cum nihil magis, quàm defunctorum curam aliquam naturalis ratio dicitet, quanquam modum, quò fieri debebat, aded strictè non præcipiat. Ne dicam, quòd & ipsam humationem à naturā deberi multi asserant. Vid. Grof. hb. 2. d. J. B. ac P. c. 19. §. 2.

§. 2. Et quidem si naturale jus illud dicendum est, quòd animalia natura docuit, ceu docet Ulpian. l. 1. §. 3. ff. d. J. & J. ex eodemque Justin. Imp. pr. J. d. J. N. G. & C. aut si illud, quòd incitatione naturali bruta; ratione verò ducente homines faciunt, jus naturale esse affirmandum est, ut data Ulpiani verba multi Jctorum ex Cujac. & Govean. explicant, Rittersh. d. pr. J. d. J. N. G. & C. Vid. B. Dn. Horn. l. 4. Phil. mor. c. 3. n. 2. quid obstat, quò minus sepulturam nat. jur. esse intrepidè affirmare auctim? Sicut enim nullum in homine factum est laudabile, cuius non vestigium in aliquo animantium genere Deus posuerit; quò sensu & naturæ specula bestias vocat Cicer. 2. d. Finib. B. D. Frantzk. Ex. 1. q. 3. Ita & sepeliendi studium tam sanctè inter quædam observari videmus, ut rubore suffundi necessum habeant, qui humanam naturam exuti mortuorum suorum curam negligunt. Καὶ τὸ τοῦ ἰδίου τῶν ἀλόγων, inquit Ælian. l. 5. c. 49. τὰ ὀμοίωται τε καὶ ὑμοφύη τε θνεῶτα τῶν ὀφθαλμῶν φέρειν ἰατρῶν. Apes, teste Virg. 4. Æn. -- corpora luce carentium

Exportaret tectis & tristia funera ducunt.

Quod Servius ibi supplens cum exequiali pompâ id fieri tradit. Arist. 9. d. bist. anim. c. 40. Plin. l. 11. c. 28. Delphinos simulac defunctum conspexerint, ad sepulturam tollere eum, autor est idem Plin. l. 9. c. 8. Idem de formicis & hirundinibus asserit idem Plinius l. 11. c. 19. Ælian. l. c. & notantur Plutarch. lib. utr. anim. plus rar. hab. quàm aquat. tres cavernulas habere testatur formicas, in quarum unâ comitium celebrari, in alteram annuam penum re-

B con-



condi, tertiam verò mortuorum cœmeterium esse scribit. Et  
grues etiam sepulturæ operam dare tradit *Alian. l. 2. c. 1.* Nec mi-  
nus sepeliendi officio student Elephantis, ceu testis iterum est  
*Æl. l. 5. c. 49.* Et quis tam brevi ambitu comprehenderit omnia?  
S. 3. Feræ animantes, quas pronò corpore Sapientissi-  
mus ille universi conditor ad pastum abjecit, sepeliendi hoc  
studio tam religiosè inter sese utuntur, & homo homini eandem  
deneget, quos inter cognationem quandam natura constituit,  
*l. 3. d. 7. § 7.* Ἔστι τὸ θάψεν καλὸν, καὶ τοῖσιν ἡ φύσις ἐξέπει τοῖς  
σώμασιν, ceu in *Sopatr.* legitur controversiis. Naturalis ratio,  
quæ lex quædam est tacita, *l. 7. pr. ff. d. bon. damnat.* homini cui-  
vis sepulturam tribuit, & qui homo est, tanquam naturâ conces-  
sam sibi eandem vindicat: unde non tam homini, quàm huma-  
nitati, i. e. non tam personæ, quàm humanæ naturæ deberi eam  
concludit *Grot. l. c.* & sepulturam humanam promoveri natu-  
rali juri convenire statuit *Dn. Hahn, JCrus celeberrimus, ad We-*  
*senb. d. priv. credit. n. 4.* id quod secundum ea, quæ tradit jam  
laudatus *Dn. Hahn, d. 1. § 1. n. 15.* non inconcinne fortè ita  
explicaverim, esse naturalis juris sepulturam, ut in naturali con-  
ditione fundamentum habeat, seu ex lege naturali eam indicati-  
vè esse & suasoriè, ut lex nempe naturalis indicet eam vel sua-  
deat. Concedatur enim vel maximè, per modum præcepti natu-  
ralis juris non esse sepulturam, ita ut necessitatem moralem in-  
trinsecamque honestatem includat, proptereà tamen à naturali  
jure removendam eam esse negamus, cum non solum tanquam  
piam naturalis ratio, sed oppositò quoque longè meliorem eam  
doceat, ut vel hoc saltim nomine à naturali ratione deberi eam  
affirmari possit, nedum quòd insepulta esse funera natura hu-  
mana nunquam non turpe judicaverit, & sepelire ea pietas, quæ  
ex ipso naturalis rationis fonte profluit, nunquam non persua-  
serit. Quò sensu *Serv. ad l. 6. An. qui de pietatis,* inquit, *generi-*  
*bis scripserunt, primum locum semper in sepultura esse voluerunt.*  
Et optimè dictum à *Quintil. decl. VI.* ingenuisse nobis rerum na-  
turam adversus exanimes non commiserationem solum, quæ co-  
gitationi nostræ subeat, sed & religionem. Adde, quod *August.*  
*dicit lib. d. cur. à pro. mori. ag. ceu allegatur c. 19. c. 13. q. 2.*

950  
S. 4. Nec parùm confirmant rem variæ sepulturæ appellationes, quibus ex naturali debito eam esse haud obscure inuunt Autores plurimi. Ulpian. humanitatis, misericordiæ & pietatis, l. 14. S. 7. ff. d. relig. Terentianus Simo a. 1. s. 1. Andr. humani ingenii mansuetiq̃ue animi officium appellat sepulturam: pietatis officium dicitur c. 24. c. 13. q. 2. humanitatem ac mansuetudinem vocat Val. Max. l. 5. c. 1. misericordiam & religionem. Quintil. jam d. l. 8. l. 2. Instit. orat. c. fin. ultimum & maximum. pietatis officium Lactant. l. 6. D. J. c. 12. τελειότητα πινύ, Ælian. l. 4. c. 7. παιδαίον ἐθῶ καὶ πατριον νόμον, ὃ πάντες ἀνθρώποι ἐξαρμόσοι, dicit Isocr. in Panath. Et humanum atque pium esse sepelire defunctos Martianus l. 9. C. d. heret. affirmat. Quæ omnia quid aliud, quàm à natura ad sepulturam hominem homini obligari, & pietate, quæ ex naturali ratione promanat, quemque ad id compelli ostendunt.

S. 5. Et Caucasò certè durior erit, & ferus non solùm, sed & ferreus, qui defunctos abjecerit, curamque eorum neglexerit. Apud Romanos religio illa tam sancta fuit, ut qui in cadaver fortè inciderit, nec pulveris injectionem ter repetitam ipsi minimùm fecerit, plusquàm capitalem fraudem sibi capitiq̃ue suo attraxisse crederetur. Vid. Horat. l. 1. carm. od. 28. Kirchm. l. 3. c. 2. & præcidancâ porcâ scelus tantum expiare necessum haberet, Fest. voc. præcidan. agna vel porca. Nec minus Græci pietatis hujus extitère studiosissimi, quippe apud quos lex erat, ut si quis in insepultum cadaver incideret, omni parte id terrâ obrueret, & ad occasum spectans sepeliret. Ælian. l. 5. c. 14. Et apud Hebræos Pontifex Maximus, licet alioqui rei ulli funebri interesse vetaretur, insepultum tamen repertum sepelire jubebatur, Serv. ad l. 6. Æn. verb. præcipuè pius Æneas. Grot. l. 2. c. 19. S. 3. Nunquam enim qui insepulta cadavera esse sinunt, non ignominia exponere ea videntur, & humanæ naturæ dedecus inferre; quales ἀταξία ἐπέλεον eleganter dixit Joseph. in mort. Reg. Alex. Jub. quippe qui communi humanitatis juri sese opponant, Cic. pro Flacc. h. e. quòd homo homini solo humanitatis intuitu ex instinctu naturæ suæ & interiori quodâ pietatis affectu tenetur. Magnif. Dn. D. Richter, Jctus ubivis famigeratiss. Exp. Auth.

item qui. C. d. sep. vid. n. 34. Ad quod spectat xx. in Ord. Eccles. E-  
loß. Sax. art. gen. 15. S. Derowegen. ibi: Weil solches nicht allein  
wider den Glauben und Christliche Liebe/ daß man die Glieder des  
Leibes Christi also verächelich halte und hinwegwerffe / sondern auch  
wider die Natur selbst.

S. 6. Nec movet quicquam, quod priscais olim seculis Phi-  
losophorum quidam sepulturam fieri sibi prorsus noluerint, in  
quos Ciceronis illud verissimè convenit, nihil tam absurdum  
excogitari posse, quin à Philosophorum asseratur aliquo. Et  
quid mirum in hoc delirasse eos, qui abjurati naturæ humanæ  
hostes id solum sibi laudi duxerint, ut quod in nobis humani  
est, à se alienissimum esse sentirent. Hic nivem nigram esse do-  
cuit: ille Solis, lunæ, astrorumque causâ natum se esse affirma-  
vit. Alius omnia esse unum: motum non esse alius docuit. Non  
pauci animam cum corporibus interire: alii bovinam animam  
in homini, & humanam in bovis corpus transmigrare somnia-  
runt. Quidni E. in hoc naturæ humanæ contradicere ausi fue-  
rint? Theodorus Cyrenæus cum Lyfimachus crucem minitaretur  
ei, quæso, inquit, horribilia ista purpuratis minitare tuis: Theo-  
dori enim nihil interest, huminè an sublime putrescat. Cic. 1. quæ-  
st. Senec. de tranqu. an. Verè cynica vox est Diogenis, quæ in-  
humatum abjici se iussit, & cum interrogarent amici, volueribus  
an feris? minimè verò, inquit, sed baculum propè me, quò abi-  
gam, ponitote: qui poteris, ajunt illi, cum non sentias? Ergò, re-  
spondit, nec avium laniatus quicquam mihi oberit, cum nec illos  
rùm sentiam. Stob. serm. 122. Cic. d. l. Miseranda professio cal-  
liditas! Demonaestres moriturus jam avibus objici sese præcepit,  
ut & mortuus usui alicui esse possit. Erasmi. l. s. apoph. Eadem-  
ferè stultitiâ, quâ Zisca Hussitarum Dux mortuo sibi pellem de-  
trahendum, relictoque feris cadavere, ex cute tympanum, quò in  
præliis uterentur, faciendum præcepit, ut hostes sicut vivi ipsius  
aspectum fugerint, ita nec mortui sonum audire valerent. An.  
Sylv. l. 3. d. reb. gest. Alphons. Senecam miror, qui ad idem de-  
mentis delapsus, ut quò receptaculum suum conferretur, ignis  
illud exureret, an feræ distraherent, an terra contegeret, nihil  
magis ad se, quàm secundas ad editum infantem pertinere ju-  
dica-

143  
57.  
dicaverit, ep. 92. Quam ipsam quoque insaniam redolent verba  
ejusdem in fortuit. remed. *Insepultus jacebis : quid aliud re-*  
*spondeam, quam illud Maronis : -- facilis jactura sepulchri. Si ni-*  
*bil sentio, non pertinet ad me jactura corporis insepulti : si sentio, om-*  
*nis sepultura tormentum est.* Sed in adducendis pluribus ineptiis  
ejusmodi ineptire ipse nolo.

§. 7. Stolidam me hercule sapientiam! scuticam potius quam  
hederam dignam. Quasi verò cum nihil sentiat amplius corpus, vo-  
lucris propterea obijci mereatur. Egregii verò Philosophi,  
qui corpus post mortem sentire nihil sciunt, at sepulturam de-  
beri ei nesciunt. Multò rectius alii naturam humanam sequen-  
tes, sepulturam maximi nunquam non aestimant. Et magno cer-  
tè solatio est, ingenuis præsertim, honestas post fata exequias si-  
bi scire: sicut contra nihil miserius iisdem videtur, non ut par-  
est, sepultum iri. Unde pulchrè Veget. l. 3. d. re milit. c. 11. inter  
tana, inquit, mortium genera, qui acerbissimus casus est absumen-  
da piscibus insepulta sunt cadavera. Et Alex. M. milites suos sum-  
mò studio sepulturæ tradidit, honestamenti ejusmodi cordatio-  
res ad pugnam reliquos futuros esse ratus. Diocl. Sicul. l. 17. c. 21.  
Laconici milites adversus Messenios pugnaturos non de salute,  
sed sepulturâ solliciti erant. Unde reseras insculptis suis & patrum  
nominiibus dextro brachio alligabant, ut si omnes fortè prælium con-  
sumisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex  
iudicio ritulorum tradi sepulturæ possent. Justin. l. 3. c. 5. Hector  
quàm seriò sepulturæ curam ab Achille rogitet, vide apud Ho-  
mer. Il. X. Ne afferam huc, quòd Ethnicis insepultorum animas  
ab aliarum societate excludi olim crediderint. Vid. Patrocli ver-  
ba: *ἄνευ τοῦ ἄλλοῦ τὰ χεῖρα*: ap. Hom. Il. ψ. & Elpenoris, ap. eund.  
Od. λ.

§. 8. Sed compendii res esto! Sepulturam aliquam de-  
functis à naturâ deberi amplius non dubitamus. Certum est,  
naturalem rationem ipsam mortuis curam aliquam addicere.  
Et hoc est, quòd gens nulla tam fera unquam, nullus populus  
tam barbarus sub sole extiterit, quin defunctorum suorum cu-  
ram aliquam susceperit, & patriò more suo sepeliendos eos cu-  
raverit. Et rectè patriò quidem more: quanquam enim tam varil

500  
à variis in condendis mortuis adhibiti fuerint modi, & sapiens  
tàm inepti quoque, ut nihil minus quàm defunctorum curam il-  
lud meliora edoceri non absurdè credamus. Magnif. Dn. Richt.  
*l. c. n. 41.* Dn. Carpz. *p. 2. decis. 162. n. 2.* Verum tamen cum qui  
adhibuerunt modum talem populi, optimum eum dubio procul  
crediderint, & tàm sanctum eum habuerint, quàm sancta ho-  
die nobis est humatio, hinc quomodo sepulturæ nomen denega-  
ri illi possit, equidem non video Vid. Kirchm. *app. d. fun. Rom.*  
*c. 2.* Lil. Gyrald. *d. var. sepel. rit. c. 3.*

§. 9. Parthorum sepultura aut avium aut canum erat la-  
niatus, & nuda demum ossa terrâ obruebant, teste Justinò *l. 41. c. 4.*  
id quod de Persis quoque asserit Herod. & *πρότερον*, inquit,  
*θρήσκειται ἀνθρώπων Πέρσων ὀστέων, πρὶν ἀντιπαραθῆναι καὶ κυνὸς*  
*ἐλκυθῆναι.* Iberos & Hircanos defunctorum cadavera vulturibus  
& canibus objecisse testatur Sil. Ital. *l. 11. Punic.* quos sepulchra-  
les inde canes dictos esse notat Strabo. De Caspiis idem notat  
Porphyr. *lib. 4. πρὶ τῶν ἐμφύλων ἀποχῆς.* Chii combustis cada-  
veribus, in mortario ossa contundebant, deinde navigio impo-  
nentes in altum navigabant, eaque per cribrum ad ventorum  
flatus dispergebant. Egypti plurimos & diversissimos sepeliendi  
ritus habebant, Vid. Cic. *1. Tusc. qu.* Strabo *l. 17.* Herod. *l. 2.*  
Diod. Sicul. *l. 2. c. 5.* Essedones, Scythiæ populi, parentum suo-  
rum cadavera dentibus laniare, pecorumque carnibus mixta  
convivis apponere solebant, teste Lucianò *πρὶ πένθους.* Eundem  
modum servatum esse Ponticis populis, autor est Tertull. *l. 1.*  
*contr. Marcion. c. 1.* Quin & Massagetæ miserimos eos crede-  
bant, qui morbo decumbentes extinguerentur, unde parentes in  
senium vergentes jugulare, in frustra dissecare, ac Essedonum  
more absumere solebant, aptius hospitium iis, quàm intestina  
sua, reperiri non posse rati. Stuck. *ant. conviv. l. 1. c. 25.* Id quod  
Padei quoque Indiæ populi facere consueverunt, teste Herodot.  
*lib. 3.* De incolis Regni Delli idem testatur Schultz *Comp. Cosm.*  
*vom Königreich Mogors.*

§. 10. Subnectere lubet irrisione potius, quàm approba-  
tione dignam Democriti sententiam, qui dum indubitatam re-  
viviscendi spem ex melle sibi persuaderet, defunctorum cadave-  
ra mel-





3  
852  
ra melle asservanda esse docebat, mellis virtute revicturos ita  
mortuos sanctè promittens. Promissa dapilia quidem at ubi  
sunt ea? optimè hïc cum Plautino Servo *a. i. sc. 4. Pseud.* quære-  
re ita possem. Democritus & mortuus & melle fortè asservatus,  
ac nec dum revixit ipse. Quò nomine falsè eum deridet Plinius  
*l. 7. c. 55.* Et lepidum in doctrinam ejus jocum profert Varro  
*Ἡμελίδης Πόντιος*: *Hemelides Ponticus*, inquit, *plus sapit, qui præcepit,*  
*ut comburerent cadaver a, quàm Democritus, qui, ut in melle serva-*  
*rent, quem si vulgus secutus esset, preeam, si centum denariis calicem*  
*muli emere possemus.*

§. 11. Duos præcipuè apud moratiores gentes in sepeli-  
endo adhibitos fuisse modos reperio: *venεγραυσία* nempe &  
*venεγραφία*. Et *venεγραυσία* quidem modus, qui fuerit, ostē-  
dere mei non est. Vid. Kirch. *d. tr.* Rosin. & ex eodem Hildebr.  
*Comp. antiqu. Rom. v. funus.* Apud Græcos ea maximè usitata  
fuit; unde Lucianus *ἠὲ πένθους*: *ὁ μὲν ἐδάω*, inquit, *ἐναυσεν*  
*ὁ ἢ Πέρονς ἐθαύεν*. Sed nec illa solùm, sed & humatio apud eos-  
dem recepta legitur: Vid. Victor. *l. 14. c. 21.* Kirchm. *l. 1. c. 7.* Et  
apud Romanos quoque *venεγραυσία* consuetudinem usurpa-  
tam constat ex pluribus. Quò verò tempore inceperit ea, non  
minus, quàm quando desierit, dubitatur. Plinius quidem *l. 7.*  
*c. 54.* cremationem apud Veteres Romanos in usu non fuisse,  
sed tùm demum cùm orirentur bella, & defossa effoderentur ca-  
davera, ad avertendam injuriam hanc introductam eam affir-  
mat. Verùm egregiè falli eum egregiè ostendunt Magius *l. 3. c.*  
*10.* & Kirchmann. *l. 1. c. 2.* Nec tamen humatio apud eosdem  
neglecta fuit; sed cum ipsa crematione quoque obtinuit: id quod  
vel ex solo hoc constat, quòd L. XII. Tab. hominem in urbe,  
nec humari nec concremari debere præceperit. Vid. Cic. *2. d. LL.*  
Kirchm. *l. c.*

§. 12. Eandem *venεγραυσία* Gallis usitatam fuisse testa-  
tur Jul. Caesar. *l. 6. d. bell. Gall.* Idem de Thracibus Schultz *l. c.*  
*vom Groß, Türcken.* Et Judæos quoque eandem observasse ex  
duobus præsertim Scripturæ locis colligitur: quorum prior ex  
*Jerem. 34. 5.* expressa verba *משרפון* & *שרפון* continens, nihil  
nisi combustionem mortuorum redolet. Add. Dn. D. Luc. Ofir  
and.



and. *adh. l.* Cui alter haud dissimilis, 1. *Sam.* 31, 12. ipsum verbum etiam *ἔπιπυ* ostendit. Ex quibus *νεκροκαυσία* crueri tam facile est, quam quod facillimum. Nisi fortè secundum aliorum consuetudinem loquendi tales formulas adhibitas esse affirmare malimus, Vid. *Magius l. 3. c. 11.*

§. 13. Crematio autem cur introducta fuerit, rationem reddit Cic. 2. *d. LL.* quòd timerent Veteres, ne integris relictis cadaveribus injuriæ aliquid accideret iis, proinde cremari ea, quam integra servari maluerunt; id quod Corn. Syllam metu hoc adductum primum à Patriciis experivisse testatur *d. l.* Alia tamen ab Heraclito assignata ejusdem habetur causa, ut testis est *Serv. ad 11. Æn.* Hic enim sicut omnia ex igne constare credebat, ita igne quoque resolvenda esse corpora docebat. Quam æmulantes plurimi, animam non nisi h. m. à corporis sui sordibus purgatam ad naturam suam reverti posse somniarunt. Vid. *Serv. ad lib. 3. Æneid. & Ovid. 1. Trist. cl. 4. Spiritus hic vacuus x.*

§. 14. Contrarius oppidò Thales Heraclito, cum omnia ex humore procreari persuasum sibi haberet, non comburenda, sed terræ inferenda mortuorum corpora defendebat, ut humore resolvi possent, qui humore constarent. *Servius ad l. XI. Æn. Kirchm. l. 1. c. 2.* Verùm cum ad compositionem humani corporis nec ignem nec humorem solum requiri, sed quatuor elementa concurrere sciamus, docente *Pontif. c. 8. vers. cum autem d. celebr. miss.* Add. *Aristot. d. gener. & corr. c. 8. & 9.* proinde neutri horum omni ex parte astipulari possumus. Nihilominus tamen neglectà *νεκροκαυσία*, solam humationem relinquendam esse affirmamus: non ex *Ægyptiorum* quidem sententiâ, qui ex eo damnabant cremationem, quòd ignem animatam, quando beluam esse censerent, quæ quicquid nanciscatur, devoret, ubi verò exsaturata sit, simul cum eo, quod consumserit, extingatur. Multò minus ex *Persarum* opinione, qui quòd ignem Dei locò colerent, cadavera, concremando ea, Deo alieni consumenda obijcere nefas reputabant, adeoque rejectà *νεκροκαυσία*, terrâ suos contegebant, ceu utrumque testatur *Lucian. τῷ πένθ. 85.* Sed præstantiores habemus rationes, quas *Christianâ* edocti in scholâ & educi novimus. *Conf. Grot. l. 2. c. 19. §. 2.*

§. 15. Con.



143  
853

§. 15. Concremet enim suos Heraclitus: in terram præcipiter suos Thales, ut humore resolvantur, qui humore conflant. Deglutiant suos, qui esuriunt: canibus objiciant, qui insaniant Ineptiant quolibet modo, ut loquitur Apost. *1. Thess. 4, 13.* futura resurrectionis ad vitam æternam spem nesciunt. Rectissime qui Christiani sumus, mortuorum cadavera, piorum præsertim, quæ pretioso Christi sanguine redempta, *Ephes. 5, 30.* templa ac organa fuere Spiritus S. *1. Cor. 3, 16. c. 6, 19. 2. Cor. 6, 16.* justitiæque arma, *Rom. 6, 19.* piè terræ mandare solemus, donec ipsa illa, quæ ex eâ prodire jubebuntur, dies tandem illuxerit, scientes divinum summi illius Imperat. mandatum, quò qui ex terrâ fabricatus, in terram reverti jubetur. *Genes. 3, 19. Eccles. 12, 7. Sir. 41, 11. Dan. 12, 2.* quippe cum homo esca sit vermium, non ignis aut flammæ nutrimentum, *Sir. 40, 1.* à pulvere enim incipiens ad pulverem qs. circulariter progrediens reverti debet, Petr. *Bles. serm. 36.* Unde & matrem omnium terram appellat Sirac. *d. 1.* Nec minus movet nos elegantissima illa comparatio, quæ inter grana in terram projecta defunctorumque corpora instituta legitur *Joh. 12, 24. 1. Cor. 15, 37.* Et exempla quoque Sanctorum, qui omnes mortuos suos non combusserunt, sed terræ commiserunt, idem fieri jubent. *Gen. 23, 19. c. 25, 9. c. 50, 5. & passim.* Et ipse Deus humandi hanc consuetudinem satis confirmavit, dum Moisen sepeliret ita, *Deut. 34, 6.* Imò & Salvator noster, cum piâ morte obiisset, ipse in hortò sepultus est. *Matth. 27, 60.* Dn. Carpz. *P. 2. decis. 162.* Add. B. Dn. D. Gerhard. *LL. Theol. loc. d. morte §. 79. seqq.*

CAP. III.

*Funera, quæ humentur, ostendens.*

§. I.

**H**umentur jam corpora, quæ humò sunt facta, & qui terra fuit, in terram revertitur. Nostra manet nobis humatio, cujus divinò ore facta approbatio, imò præceptio, quæque piorum est imitatio. Ad illud, quod altioris est indaginis, pergimus, quibus debeatur humatio, ostensuri, cum indistinctè eam, honorificam præsertim, concedere omnibus, tam dignos, quam indignos beneficiis afficere esset.

C

§. 2.

41



§. 2. Et quidem mirè in concedendo honore hoc delirarunt olim alii. Lacydes Philol. auferem, quòd altorem suum Philosophum tantoperè amasset, ut cum ipso simul & ambulaverit & steterit, largiter profusis lacrymis honorificè sepelisse legitur. Ælian. l. 7. c. 41. Ægyptios boves, feles, canes, & id genus pluram sepulturà honorasse testis est Herod. l. 2. Et quid Romani? Ii corvum, qui sermoni assuefactus, in rostra evolans Tiberium Imperatorem transeuntem salutare solebat, interfectum aliquando à tutoribus, heu! quam innumeris sepeliverunt lacrymis. Vid. Plin. l. 10. c. 43. Ursin. l. 2. acerr. Philol. 217. Equas, quæ ter in Olympicis certaminibus victoriam reportassent, honorificè sepulturà condidisse quosdam refert Ælian. l. 12. c. 40. Remuneraturi nempe erant hi præstita sibi officia, majorem post fata, quàm sepulturæ honorem superesse non credentes. Sed beneficiorum hæc retributio quid aliud, quàm insanix demonstratio? Sepulturam in resurrectionis nos concedimus memoriam; quæ sicut nihil protinus ad bruta, quorum non corpora solùm, sed animas simul extinguit lethum, Eccles. 12. 7. ira nec illam iis conferimus.

§. 3. Notare hic non abs re fuerit, & vivos olim sepeliri esse solitos: id quod tamen non tam sepultura viventium, quàm pœna delinquentium dicend. fuerit, & cura talis, qualem Acherunti lubentius, quàm corpori suo quis exoptaverit. Sic L. antiquâ Francorum sancitum erat, ut qui Princeps Ducali in potestate constitutus, commissam sibi provinciam spontè hostibus traderet, vivus sepeliretur. Joh. Tritem. l. 1. brev. hist. Franc. in Rege XIX. Et Romanò Jure in Vestales, quæ in incestu deprehensæ essent, ead. pœna statuta erat. Dion. Halicarn. l. 8. & 9. Pomp. Lætus d. sacer. in Vest. alib. Livius l. 2. dec. 4. Unde Juven. Sat. 4.

*Nemo malus felix, minimè corruptor, & idem*

*Incestus, cum quò nuper vittata jacebat*

*Sanguine adhuc vivò, terram subitura Sacerdos.*

Et ipse Deus, Judex justissimus, vivæ hanc defossionis pœnam stabilire videtur, dum seditiosam Choræ, Datani & Abironis trigam à terrâ absorberi jubet, Num. 16, 32. c. 26, 10. Deut. 11, 6. Psal. 106, 17. Hodie tamen eùm pœnam hanc passis facilior ad desperationem



143  
P 54  
rationem via ostendatur, adeoque non corporis solum, sed animæ etiam, quæ multò pretiosior est, c. 13. d. pæn. & remiss. c. sedulo. dist. 39. perniciës metuatur, inde vel rarissimè vel profus non infligi solet, juxta P. D. Q. arc. 131. ubi matribus, vivos foetus interementibus, pœnâ hac olim punitis, aliam dicitur Carolus V. ibi: Die werden gewöhnlich lebendig begraben/und gepfâhlet: Aber darinnen Verzweifflung zu verhüten/ mögen dieselben Belschâzerin etc.

§. 4. Ut verò ne vacillantibus progrediamur gradibus, ante omnia sepulturæ distinctio aliqua constituenda erit. Quam enim quod dixi, naturalis ratio nemini non hominum sepulturæ addicat officium, cum tamen civili ex ratione determinationem aliquam illud acceperit, arg. l. 6. pr. ff. d. 7. & 7. ut terræ quidem inferatur quisque, at modus & solennitates varient, inde non potest non aliqua sepulturæ resultare differentia: nec enim omnibus omni circumstantiarum ratione posthabita, eadem sepulturæ solennia adhiberi civilis ratio & publica permittit utilitas. Constituitur verò, ut paucis dicam, sepultura omnis, vel commodius fortè exequiæ omnes vel honestæ vel inhonestæ. Honestam sepulturam dico, quam ecclesiasticam seu Christianam appellant CC. passim, & legitimis sepulchris legitimoque modo sepeliri vocat Martianus Imp. l. 9. C. d. heret. Et fit illa, quando pro ratione dignitatis aut facultatum l. 14. §. 6. ff. de religiof. aut pro voluntate defuncti justâ, d. l. 14. §. 112. §. 4. ff. cod. certis adhibitis solennitatibus Christianò more receptis defuncti corpus ad sepulturæ locum effertur & tumulatur. Carpov. decis. 162. p. 2. n. 7. Nec quicquam, quantum ad hoc, interest, utrum majores sint solennitates, an verò minores: honestas enim earum eadem semper erit. Inhonestæ contra quid sit sepultura, ex dictis facile colligere est. Est nempe ea, quando omnibus cessantibus solennitatibus sine campanarum pulsatione, cum silentio defuncti cadaver vel in coemeterium vel extra illud extrahitur & sepelitur, arg. c. 11. d. pœnit. & remiss. Quando scil. nec crux, nec lux, nec cantus, nec Sacerdos, nec ullæ preces, nec ullæ lacrymæ adhibentur, ut dubites, homo ne an vitulus effertur. Et sicut honesta sepultura majoribus modò, modò minor-

noribus celebrari solet solennitatibus, ita & inhonesta pro delinquentis qualitate minori vel majori dedecore fieri consuevit, ut ignominiosam sepulturam dictis duabus speciebus addere non inconueniens fuerit.

§. 5. Ecclesiastica sepultura conceditur omnibus, qui pie antea vita, reuersuram aliquando animam ad mortis imperium pie exhalauerint, Deoque qui dederat eam, remiserint: quorum enim vita decens Christianaque fuit, eorum sepultura etiam ut honesta sit ratio suadet. Quanquam enim iustis & pie defunctis sepultura vel nulla vel vilis non obstit, sicut nec improbis speciosa prodest, *c. 22. c. 13. q. 2. cap. 12. d. sepult.* iustorum tamen corpora honorifice ad quietis locum deduci iustissimum est; quippe quorum animas in sinu Abraham repositas de mundi miseris triumphare sciamus. Vid. D. Luc. Osiand. *ad Jerem. 34.* Et hanc ob causam Iacobus, Patriarcha, iamjam vitam positurus, convocatis filiis ultimum hoc iis precepit, ut corpus ejus honeste Aegypto reportare & in parentum suorum spelunca honeste illud sepelire vellent, *Gen. 49, 29.* & honorifica quoque exequiarum pompa a filio Josepho instituta ei legitur, *Genes. 50, 7. seqq.* Quid quod honesta ejusmodi sepultura beneficii loco piis & Sanctis concedi soleat? *Genes. 15, 15. Dent. 34, 6. Jerem. 34, 5. & passim.*

§. 6. Nec paupertas hic quicquam impeditenti piis afferre debet: concedit enim pauperibus honesta ad cœmeterium deductionem Christiana caritas, quam denegaret forte iis nummorum raritas. Unde multa pia habentur constitutiones, quæ de honestis exequiis prospiciunt pauperibus. Gloria enim est Episcopi aut Principis, pauperum inopia providere, *c. 71. c. 12. q. 2. Add. ordin. Eccles. Elect. Sax. art. gen. 15. §. Derowegen. ibi: Jedes Dits Dri zeit Anordnung thue / daß die Armen so wohl als die Reichlich christlich zur Erden beståtiget werden. Et in decret. Synodali, d. anno 1624. §. Mit Bestattung. ibi: und von den überbliebenen / die in Gott einschlaffen / ob sie schon arm auff der Welt gewesen / ehrlich in ihre Ruhebetten gebracht werden.*

§. 7. Ex dictis intelligitur, quibus Ecclesiastica deneganda sit sepultura, *arg. §. 3. l. d. obl. q. ex delict.* Impie enim vivendo

955  
do Christianorum è numero qui sese exemerit, mortuus Christianam sepulturam dignus nunquam fuerit. Unde in genere denegamus eam omnibus, qui ab Ecclesie unitate præcisi fuerint, & extra communionem ejus vixerint, *c. ex parte. §. c. 12. d. sepult.* quales sunt excommunicati omnes, *d. c. 12. ibid. Canonist. c. 2. d. heretic. in 6. cap. cum in. d. V. S. Zes. ad ff. d. religiof. n. 6.* siue majori seu minori excommunicatione, *c. sanè. c. 24. q. 2. Tholosan. l. 2. c. 13. n. 10.* quibus enim non communicavimus vivis, nec communicandi est defunctis. *d. c. 12. d. sepult.* Id quod valet, si tales mortui, nec in articulo mortis ecclesie reconciliati fuerint, *d. c. 12. §. c. 5. d. privil. §. excess.* quod si enim per presbyterum absolutionem in morte acceperint, Christiano ritu sepeliri debent. *cap. fin. d. sepult. ibid. B. Dn. Ungep. Comm. n. 3.* cum medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans. *c. 1. d. sent. excomm. in 6. & pœnitentia morientibus non negetur. cap. 11. d. pœnit. §. remis.* Impœnitentes verò mortui ab ecclesiastica rejiciuntur sepulturam, ut ne privilegiati quidem prætextu privilegii honorificè eos in ecclesiarum suarum cœmeteriis sepelire possint. *c. 5. d. privil. §. excess. c. 8. d. privil. in 6. c. 11. d. pœnit. §. rem. c. 3. c. 24. q. 2. cap. un. extr. d. privil. Dn. Ungep. l. c. Tholos. l. 31. c. 8.*

§. 8. Proximi hisce sunt heretici, qui & ipsi tanquam morbida membra excommunicati, *c. 15. d. heretic. c. ecce. caus. rescanda. caus. 24. q. 3. cap. sicut ait. d. heret.* quales sunt omnes, qui de fide dubitantes firmiter non credunt, quæ sunt fidei, qui aliter Scripturam intelligunt, quàm sensus Spir. S. flagitat. *c. heres. c. 24. q. 3. c. quamvis. dist. 38. c. hereticus. c. qui clam. caus. 24. q. 3. l. 2. C. d. heret. Nov. 109. pr.* seu qui in articulis fidei errantes mortifera sua dogmata emendare nolunt, sed mordicitus ea defendere pergunt. *can. 28. can. 29. can. 31. caus. 24. q. 3. cap. 15. d. heretic.* Hi omnes de J. Canon. ecclesiastica indigni habentur sepulturam, *c. 8. d. heret. c. 12. d. sepult. c. 2. d. heret. in 6. Zes. l. c. Dn. Ungep. d. sepult. n. 3. Tholos. l. 33. c. 8. n. 4.* quippe qui non divinam solum vindictam, quæ cum Diabolo & Angelis ejus æterni ignis incendio participabunt. *c. 3. d. heret.* sed hominum quoque ultione sint plectendi. *l. 1. §. 1. C. d. summ. Trin.* Et divino

mandato tradita hæc hæreticorum pœna est convenientissima. Nomen enim ejus in vanum assumi prohibet Deus, *Ex. 20, 7. Levit. 19, 12. Deut. 5, 11.* At quid magis, quàm divini nominis fieret abusus, si in contemptorum & contortorum ejusmodi sepulturâ cantilenas pias adhiberemus? Ne afferam huc, quòd ab impiorum hujusmodi commercio pios omninò abstinere caveque jubeat Deus, *Esa. 52, 1. 2. Cor. 6, 14. 2. Thes. 3, 6. 14. 2. Joh. 1, 10. seqq.* id quod de mortuis quoque non ineptè affirmaverimus. Sed itidem valet hoc, si impœnitentes decesserint: nam si dum forsan in extremis agerent, legitimè absoluti fuerint, Cœmeterium his & alia ecclesiastica suffragia denegari non debent. *c. 14. d. sepult. c. 11. d. pen. & remiss. Dn. Ungep. d. heret. n. 4.*

§. 9. Et eadem imminet pœna receptoribus, fautoribus atque defensoribus hæreticorum, qui sicut & ipsi excommunicati, *c. si adversus. c. 15. d. heretic.* ita & siquidem in peccato hoc decesserint, ab ecclesiæ cœmeterio excluduntur. *cap. 8. d. heretic. ibiqz, Dn. Ungep. n. 4. & d. sepult. n. 3. Schneidew. ad §. 9. l. d. R. D. n. 9. facientem enim & consentientem hic par merito constringit pœna, c. 29. c. 47. d. sent. excomm. Petr. Greg. Tholos. l. c. n. 2.*

§. 10. Hæc de J. Can. Civili Jure aliud obtinet, quippe quòd humanitatis illud officium legitimò modò præstandum nec hæreticis nec eorum receptoribus denegandum esse constat. Vid. *l. 9. C. d. heret. & Manich. ibiqz, Perez. n. 2.* Aliis tamen iisque gravissimis subjiciuntur pœnis, *t. t. C. de heret. & Man. l. 2. C. d. summ. Trin. l. 15. C. d. Episc. aud. l. 2. C. ne sanct. bapt. iteret. l. 1. l. 3. l. f. C. d. apostat. Perez. l. c. n. 3. Magnif. Dn. D. Richter, in expos. antib. C. d. heret. Cui add. p. 1. decis. 57. n. 5. seqq. Tholos. l. c. n. 8.*

§. 11. Hæreticos excipiunt illi, qui illicitis in torneamentis pereunt, quos etiam ab ecclesiast. sepulturâ prohibent CC. *c. 1. c. 2. d. torneam. cap. unic. extr. eod. Magnif. Dn. D. Struv. Jctus Excellentiss. Exer. ad π. 15. thes. 82. Perez. in C. d. glad. pen. roll. n. 3. Tholosan. l. 36. c. 20. n. 13.* Sunt verò torneamenta nundinæ vel feræ, in quibus ex condicito milites convenire & ad ostentationem virium suarum & audaciæ congregari solent. B. Ungep.



143  
756  
7  
gep. ad Decret. l. b. n. 2. Calvin. Lex. Jur. v. b. Et sanctè ea sunt prohibita, quòd non hominum mortes solum, sed animarum quoque pericula sapè ex iis provenire soleant. d. cap. 1. Nec fortitudinis seu artis excusat ea ostentatio, cum fortitudo laudem non mereatur, nisi quæ cum iustitiâ conjuncta sit. Nov. 69. pr. Et rectè interfectus in iis Christianâ privatur sepulturâ: qui enim tam impio conatu non corpus solum, sed animam quoque periculo objicere non erubuerit, interemtus in eò Ecclesiasticâ honestate dignus non fuerit. Ut ita multis in pœnæ hujus rationem inquirere, & vel nullam vel non idoneam esse existimare, vel crudelitatis eam arguere necesse non sit, quod facit Calvin. l. c. Et hoc ipsum est, quòd illos tantum hæc pœna feriat, qui dimicandi animo ad torneamenta illa accesserint, c. 2. d. torneam. quòd si enim aliam ob causam illuc quis venerit, & percussus ibi fortè interierit, corpus ejus inhonestæ sepulturæ subjiçend. non erit, d. c. 2. ibiq. Dn. Ungep. quia levitas & dolus hîc abest, & casu is interit, qui nemini imputari debet, l. 23. ff. d. R. j. l. 6. C. d. pignor. ab. l. 1. §. 4. ff. d. O. & A. l. 18. pr. l. 19. ff. commodat. Quòd verò vulneratis ibi poscentibus pœnitentia non denegetur quidem & absolutionem accipiant; decedentes verò postea nihilominus Ecclesiasticâ sepulturâ carere debeant, c. 1. d. torneam. c. monomach. c. 2. q. 2. Tholosan. Synt. jur. univ. l. 39. c. 5. n. ult. Perez. l. c. quæ tamen nec hæreticis nec excommunicatis reliquis pœnitentibus denegari debet, ceu dictum, id crudelitatis aliquid sapere haud ineptè fortè dixerim.

§. 12. Eandem ob rationem omnes, qui in duello pugnantes occubuerint, nec pœnitentiæ signa dederint, Ecclesiasticâ sepulturâ privandos esse tradit Zypeus conf. Can. l. 5. d. pugn. in duell. Perez. in C. d. religios. n. 3. quod ita quoque Concil. Trident. sess. 25. c. 19. constitutum est. Besold. thes. pr. voc. Ausforde-riung.

§. 13. Usurarii manifesti, quales sunt, qui eâ de re diffamati, & contra quos certa extant argumenta, c. cum in tua. d. usuris. (quibus annumerantur, queis de cap. 4. d. stat. monach. & regular.) inter alias quibus plectuntur pœnas, nec in Ecclesiæ cœmiterio sepeliri possunt. cap. 5. d. usur. elem. 1. d. sepult. c. 2. d. usur.

*d. usur. in 6. siquidem in peccato hoc decesserint, cap. 3. cap. 5. d. usur. ibiq;* Dn. Ungep. *n. u. seqq.* adeo ut qui tales propria temeritatis audacia in cœmeterio honorificè scienter sepelire ausus fuerit, ipso facto excommunicationis sententiæ subiaceat,  *Clem. 1. d. sepult. c. 2. d. usur. in 6. & si presbyter id fuerit, ab officii sui executione suspensus maneat, donec ad arbitrium Episcopi satisfecerit, c. 7. d. usuris.* usurarius verò sepultus exhumari debet, siquidem sine scandalo & damno id fieri queat.  *Abb. in c. 4. de stat. mon. & regul. can. n. 2. Schneidew. ad §. 1. I. d. interdicit. n. 32. Dn. Ungep. d. l.* Et valet hoc, etiamsi de usuris satisfieri mandaverint: quòd si enim de istis plenariè satisfactum non fuerit, nihilominus ab ecclesiast. arcebuntur sepulturâ, donec id factum sit.  *cap. 5. d. usur. c. 2. eod. in b. cum juxta B. August. verbum, non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Sed si tamen in facultatibus non habeant, unde restituere possint, & pœniteant, pœna hac feriendos esse non videtur, quia paupertatis nota evidenter eos excusat.  *c. 2. d. usur.* Non verò ita hæc accipienda sunt, quod inepti quidam faciunt, ut usuras omnes non secus ac furta & rapinas restitutioni obnoxias esse credamus, quod statuit Didac. Covarruv.  *l. 3. V. R. c. 1. n. 8.* aut sine peccato usuras accipi non posse aut fame potius Christianum perire, quàm quantulascunq; usuras accipere debere somniamus, ceu superstitiosè asserit Ant. Fab.  *in C. l. 4. t. 24. de fin. 2. n. 5.*

§. 14. Associantur hisce manifesti raptores, & Ecclesiarum violatores,  *c. qui Christi. can. qui absul. caus. 12. q. 2.* qui si ablata non restituerint, nec in sanitate pœniterint, & in morte securitatem præstare nequiverint, sepulturâ quoque honestâ privantur, & Clericorum nullis sepulturæ eorum interesse permittitur,  *c. 4. d. sent. excom. c. 2. d. npt. incend. & viol. ibiq;* Dn. Ungep.  *n. 4.* adeo, ut interessentes ii, ordinis sui damnorum irrecuperabiliter patiantur,  *d. c. 2. vers. quod si quis.* Raptores verò & violatores, qui in extremis positi pœnitentiæ remedium postulaverint, & emendationem promiserint, Ecclesiasticâ sepulturâ mortui non carebunt,  *d. cap. 2.* Assimilantur his incendiarii, qui iidem, nisi pœniterint, & de damnis, quæ contra justiti-

Steliam irrogaverint, juxta facultates suas satisfecerint, Christiana sepultura prohibentur. *c. si quis. can. pessimam. caus. 74. q. 8. c. f. d. raptor. incend. Tholosan. l. 36. c. 19. n. 17.* Adjungimus ita fures & latrones, qui in furando vel depradando occisi fuerint: quos sepultura Christiana indignos habendos esse visum est. *c. 12. vers. similiter. c. 23. q. 5. Schonborn. l. 4. Pol. c. 5.* Quod si autem vulneratos eos, vel comprehensos poenituerit, & Diacono confessi fuerint, & postmodum ex vulneribus decesserint, sepultura iis honesta deneganda non est. *c. 31. c. 13. q. 2. c. 2. d. furt. ibid., Dn. Ungép. n. 3. cap. f. d. sepult.*

§. 15. Referimus huc blasphemos. *c. statuimus. d. maledic.* quippe qui excommunicentur quoque. *c. si quis. c. 22. q. 1. incestuosos. Lancel. Instit. J. C. d. sepult. Judæos. c. 27. cum seqq. dist. 1. d. consecrat. c. sanè. c. 24. q. 2. Schonb. l. c. Schneidew. ad S. 9. l. d. R. D. omnes divini verbi & Sacramentorum contemptores. Nobil. Dn. Struv. Ex. 15. th. 32. Dn. Carpzov. J. pr. Confst. l. 2. def. 382.* Et in summâ omnes impœnitentes peccatores, *c. non estimemus. c. questum. c. quibus. c. pro obeuntibus. caus. 13. q. 2. c. quicumque. c. 23. q. 7.* qui veluti canes iteratò ad vomitum revertuntur, & veluti sues in volutabris luti semper jacent. *c. 52. dist. 50.* Quos itaque major sequitur culpa, major quoque plectatur vindicta. *c. 16. dist. 50. c. 12. vers. si verò clericus. d. beret. quemadmodum enim præposterum foret sceleratos in Rep. afficere præmiis, ita in Ecclesia censeretur præposterû, uno sepulturæ honore Christi membra & Satanae organa afficere. Bidenbach. decis. 8. conf. 6.* Et denegant tandem CC. in consecrato locò sepulturam ei, qui presbyterum in testamento tutorem reliquerit. *c. neque apud. dist. 88.* Et monachis, qui proprii aliquid possederint. *c. super quod. am. d. stat. monach. quibus interdictus omnis ingressus Ecclesie. c. his qui. d. sent. excomm. in 6. Tholosan. l. 2. c. 13. n. 10.*

§. 16. Infantibus ante baptismum decedentibus sepulturam intra cœmeterium denegari à Pontificiis nòrunt, qui Pontificios nòrunt, & tanquam justum illud confirmant Zœf. *ad ff. d. religios. num. 6. Tholosan. l. d. & alii Jcti Pontif. quòd absolutè parvulos tales damnandos mortuosq; ad Orcum relegandos esse Pontificiorum non pauci doceant. Vid. B. Dn. Gerhard. LL.*

D

Theol.

*Theol. loc. d. Baptismo. S. 234.* Sed rectius nostri sicut intra Ecclesiam natos eos à damnatione eximunt, *Gen. 17, 7. Matth. 18, 14. c. 19, 14. Job. 6, 37.* quòd non privatio, sed contemptus Sacramenti damnare soleat, ut B. August. dicit, B. Luther. *tom. 2. Jen. Lat. p. 133.* B. D. Gerhard. *l. c. D. Dieter. Inst. Catech. d. baptism. p. 127. 20.* Ita & intra Ecclesiam mortuos eos Ecclesiasticà sepulturà non injustè afficiunt, Add. B. Dn. D. Gerhard. *LL. Theol. loc. d. morte S. 132.*

S. 17. Notandum hic denique, quòd eorum, qui capitali puniti sunt supplicio, cadavera sepulturæ quandoque concedi soleant, *per c. 30. c. 13. q. 2. l. 1. C. d. religios.* Jul. Clar. *l. 5. sent. S. ult. q. 100. n. 1.* Petr. Heig. *p. 2. q. 37. n. 6.* idque propter memoriam humanæ conditionis, *l. 27. ff. d. condit. insit. & futuram resurrectionem.* Dn. Carpz. *pr. crim. p. 3. q. 137. n. 69.* Quæ tamen sine ullis peragitur solennitatibus, & vel in cœmeterii extremis, vel extra illud in loco ignominioso brutorum cadaveribus destinato permittitur, juxta *Peinl. Sächs. Inquis. und Achtz. Process. tit. 12. n. 10. ibi: Nach verrichteter execution wird des armen Sünders todter Körper nicht unbillig von dem Todtengräber auff dem Gottesacker oder an gewöhnlichem Orte / jedoch ohne einige Ceremonien/ begraben.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. d. cadav. pun. n. 1.* Sithman. *N. J. C. d. R. D.*

S. 18. Ignominiosæ sepulturæ subjici solent ii, qui ex malitia aut propter crimen perpetratum conscientiæ malæ stimulo adacti violentas manus sibi intulerint. Unde *gl. l. 2. Landt. art. 31. verb. Wer ihme selbst den Todt thut ic. tradit: Wisse auch/ daß die Pompe oder Pracht/ die man pfleget denen zu bestellen/ die sich selber tödten/ wenn man sie zu Grabe führet / ist etwel Jantze sey / denn man soll Sie zu recht auff keinen Kirchhoff begraben/ noch für sie bitten.* Add. *c. 12. c. 23. q. 2.* Dn. Carpz. *Conf. 34. p. 4. d. 6. n. 1.* Tholof. *l. 36. c. 22. n. 7.* Et solent hodiè interfectorum ejusmodi cadavera sub domus illius tecto, in qua perpetratum scelus, vel è fenestrâ dejici, vel sub limine extrahi, & postea per carnificem supra rastrum in locum ultimis supplicii destinatum aut brutorum cadaveribus dicatum extrahi, & aut comburi profusus aut sepeliri ibi, quæ sepultura asinina, *Jerem. 22, 19. ibi: Hic-*

143  
788

Hieron. vel canina appellatur, *gl. in d. c. 12. & addit. in Landk. Schneidew. ad §. 9. I. d. R. D. n. 9. & S. I. d. interd. n. 34. B. Dn. Ungep. d. sepult. n. 4. Befold. thes. pr. voc. Begräbnis. Schonb. l. 4. c. 5. Siebentz. Ex. Eth. 7. q. 10. Et responderi ita à Scabb. folet: So wird der todte Körper auff vorhergehende Schleiffung am Schindanger oder bey dem Galgen nicht unbillig begraben. Et hoc est, quòd Arist. 5. Eth. 11. qui sui ipsius homicida extiterit, à civitate ignominia à aliquà afficiendum esse docet. Quam ipsam quoque suadet *Ælian. lib. 4. P. H. c. 7.**

§. 19. Sumitur nempe h. m. ab iis supplicium, cum aliud in eos constitui non possit, qui mortem pro supplicio non habent, ceu loquitur *Grotius l. 2. d. 7. B. ac P. c. 19. §. 5. & contra hos inventum est aliquid, quod post mortem timerent, qui nec ipsam mortem timent. Senec. l. 5. decl. 6. Nec obstat, quòd obijciunt alii, nihil sentire mortuos, quapropter nec damnò nec pudore eos affici posse: Sufficit enim quod mortuis accidit, à vivis metui, ut ita à peccato retrahantur, ceu *Resp. Grot. l. d. Tam inhonesti enim funeris cogitatione equis à crudeli ejusmodi homicidio non deterreatur? Refert Plin. l. 36. c. 15. Romanam plebem à consciscendà sibi morte revocatam esse, dum novum remedium inventum esset, ut omnium ita defunctorum corpora civibus spectanda simul & feris dilanianda figerentur crucibus. Milesia virgines à consuetò suspensio sunt deterrita, cum alias, quæ laqueo vitam finivissent sibi, eodem laqueo nudas extrahi viderent. Gellius l. 15. N. A. c. 10. Plutarch. lib. 10. Ψυχής. Rectè itaque sepeliendi hæc consuetudo Politicorum nostrorum calculo comprobatur, ostendente pluribus *Petr. Heig. p. 2. q. 36. & propter dictam rationem retinetur. Carpz. p. 4. const. 34. def. 6. n. 4.***

§. 20. Non verò extendendum hoc ad eos, qui non sceleratæ conscientia furia commoti, sed melancholia, doloris impatientia, rationis indigentia aut morbo omnem rationis usum impediens correpti hostiles sibi manus injecerint. Sicut enim voluntaria occisionis crimen in tales cadere nemo dixerit, ita nec poenæ subijci eos justum fuerit, *l. 7. l. 12. ff. ad L. Corn. d. sic. Dn. Hahn. ad Wes. ff. d. his q. sibi mort. consc. n. 1. Tholos. l. 30. c. 3.*

D 2

quo-

4

quomodo enim reus constituetur, qui nescit, quid faciat? *c. 5. r. 15. q. 1.* Commiseratione ergo potius, quam ignominia dignus erit, qui hoc modo in vivis esse desiderit. Perez. in *C. d. his q. sibi mort. n. 5.* Unde non tam ignominiosè ad sepulturam trahi, sed honestiori modò tumulari solent. Carpz. *Jurisp. Confist. l. 2. de fin. 376. seqq.* quippe de quibus etiam benè sperare debeamus. Damhoud. *pnx. rer. crim. c. 88. n. 5.* id quod statuit etiam B. Lutherus, teste Heig. *p. 2. q. 36. n. 74.* Domino enim suo quisque stat & cadit, cujus judicia interdum sunt occulta, licet semper justissima, Conf. *Rom. 11. 34. c. 14. 4.* Carpz. *C. 34. p. 4. d. 6. n. 7.* Biedenb. *decif. 5. conf. 7. seqq.* Add. B. Dn. D. Gerhard. *d. l. §. 37.* Rectè itaque tales Christianorum dignamur sepultura, licet non omnes consuetæ adhibeantur ceremoniæ. Magnif. Dn. Richter. *ad l. 2. C. d. testam. n. 75. seqq.* Nobiliss. Dn. Struv. *Ex. 15. thes. 22.* Ceu in causa etiam viri cujusdam, qui vitam Christianò dignè actam melancholiâ summâ oppressus laqueò sibi finiverat, Anno 1634. à Dn. Scabb. Lipsi. pronuntiatum refert Carpzov. *l. c.* *So wird der todte Körper durch den Todtengraber oder jemand anders abgenommen / und nachmals auffm Kirchhoff Christlicher weise / jedoch ohne übrige Ceremonien billich zur Erden bestättiget.* D. N. W.

§. 21. Ii, qui profundâ ebrietate obruti mortem sibi confecerint, an & ignominiosæ sepulturæ submitteendi sint Qu. ? Et quidem propter allatam rationem negand. id videbatur, cum & illi mente carere, nec rationis usum habere, adeoque involuntariè homicidium perpetrare credantur. Vid. benè Aristot. *Probl. sect. 30. q. 1.* Verùm enim verò quanquam aliis in delictis enormem ebrietatem ab ordinariâ pœnâ excusare non negemus, *l. 6. §. 7. ff. d. re milit. l. 11. §. 2. ff. d. pan. l. un. C. siqu. Imp. maled. c. 7. c. 15. q. 1.* Hoc casu tamen ut Ecclesiasticâ sepulturâ indistinctè dignemur omnes, tantum abest, ut majori ignominia afflicendos quosdam esse statuamus: cum qui delictum delicto cumulati non tollere reatum, sed augere pœnam soleat, *arg. l. 4. ff. d. pan.* Ne dicam Pittaci lege, quam refert Arist. *2. Pol. c. ult. τὸς μεθύοντας, ἀν τῶν ἠθωσι, πλεονεχίας ἐπιβαίνοντες τῶν ἠθωσι.* Adde quæ habet idem Aristot. *3. Eth. 2. §. 7. l. 5. Eth. 8. in fin. 2. Eud. 9.* Quòd

10 143  
759 7

Quod si itaque qui strenuus potator vinò nunquam non madue-  
rit, Baccho nunquam non litaverit, merò ita calidus Diabolicis  
suppetiis mortem sibi appropaverit, corpus ejus honorificá  
sepulturá dignum nunquam fuerit, cujus anima ad Acheruntem  
hinc avolaverit. Conf. *Es. 5, 11. c. 22, 13. Eccl. 11, 3. Hab. 3, 16. 1. Cor.*  
*6, 10.* quanquam temerè ita non judicemus. *Luc. 6, 37. 1. Cor. 5, 11, 12.*  
Alius verò, qui vitam honestè vivens, ebrietatem studiosè fugi-  
ens, ad pocula aliquando veniens, vel aliter vinò deceptus in-  
corpus h. m. favèrit commiseratione potiùs, quàm ignominia  
dignus utique fuerit. Perez. in *C. d. bis, q. sibi mort. n. 5.*

CAP. IV.

*Funera, quibus denegetur sepultura, tradens.*

§. I.

Natura tibi sepulturæ honorem assignat, quam circumstantiis  
presentibus, eadem quandoque denegat. Qui naturæ con-  
venientem vitam agis, naturæ beneficiò fruëris: at qui in ipsam  
peccas, frustrà auxilium ejus imploras, *arg. c. 25. d. sent. excomm.*  
*c. 14. d. usur. c. f. d. immun. Eccl. Legitima* (material. considera-  
ta) naturali ratione debetur liberis & parentibus *l. 36. §. 1. C. d.*  
*inoff. testam. l. 6. pr. C. d. sec. nupt. auct. hoc ampl. C. d. fideicom.*  
Eandem iis eadem naturalis ratio tollit, si ingrati exiterint, *No-*  
*vell. us. c. 3. 4. Tholosan. l. 44. c. 3. n. 19. c. 5. n. 9. Schneidew. pr.*  
*l. d. exher. lib. n. 10.* Sic sepeliendos mortuos ratio dicitur; at  
ubi delictorum gravitas & publica utilitas aliud suaserint, illud  
sequendum esse eadem præcipit. Neque enim qui vivus Cælo  
indignus erat, ut mortuus terræ careat, injustum est, *arg. §. 6. l. d.*  
*publ. jud. l. 9. pr. ff. ad L. Pomp. d. pirric. l. un. C. qui par. occid.*  
Nec iniquum est, ut qui patris non expectaverunt imperium, quasi  
quodam matris gremio, terræ sepulchro, priventur; ceu eleganter  
de *div. Phœois* loquitur Hegesipp. *l. 3. d. bell. Hierosol. c. 17.* Opti-  
mè hanc in rem Ambros. in *Psalm. 118. ferm. 20.* Qui turpi, ait, vel  
scelerato reatu obscenitatis illuviem vel bestialis immanitatis horro-  
rem commississe detecti sunt, tanquam ii, qui proposito humane mo-  
derationis exciderint, formam quoque humane conditionis juben-  
tur exuere. recisò enim capite, reliqui corporis truncus bestiarum.

D 3

cor-

corpori comparatur, & sapientia arce fraudatur, qui sapientia non potuit tenere rationem.

§. 2. Et quidem sepulturâ privari poenæ locò nunquam non habitum fuisse ex pluribus constat. Vid. Tholosan. l. 31. c. 27. n. ult. Et gravissimum ignominia suppliciique genus sepulturæ denegationem fuisse Sacra pagina clarè demonstrat. Jos. 10, 27. 1. Sam. 17, 46. 2. Sam. 21, 9. 1. Reg. 14, 11. c. 15, 38. 2. Reg. 9, 33. Eccl. 6, 3. Prov. 30, 17. Psalm. 79, 3. Jer. 16, 4. c. 22, 9. Apoc. 11, 9. Nec Christiani solum, sed Ethnici quoque gravissimam poenam censuerunt esse, si insepultò relicto cadavere, bestiis dilaniand. illud objiceretur. Hinc tanquam acerbissimum quid Trojanis ignavis iniuratur illud Hector ap. Homer. *Iliad. o. --- εἰδένυ τόνυε*

*Γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωνσι θανόντες*  
*Ἄλλα κινέες ἐρύχσι πρὸς ἄσπερημετέροιο.*

Et idem puer apud Horat. *Epod. 5. §. pen.* imprecatur veneficis.

§. 3. Et rectè delinquentibus pro circumstantiarum ratione sepultura denegari quandoque solet, ut coerceantur nempe ipsi, & cavere discant alii. Omnium enim poenarum duplex statuitur finis: delicti coercitio, l. 20. ff. d. poen. & exemplum seu punitionis memoria, l. 28. §. pen. ff. cod. l. 31. pr. ff. de post. l. 9. ff. d. reb. cor. q. sub tut. l. 4. C. si serv. ex port. l. 7. C. ad L. Flav. d. plag. l. 1. C. ad L. lul. repet. ut formidato supplicio in improbis refringeretur nocendi facultas, c. 1. dist. 4. c. un. extr. d. poen. clem. un. d. lud. & Sarac. Bodin. l. 7. d. Rep. c. 4. n. 21. Hering. d. sive just. c. 10. n. 344. Quamobrem *ἡ δόξα* eleganter poenam vocant Græci. Gell. l. 6. N. A. c. 14. Vid. Plat. in *Gorgia verb. πρὸς ἡμᾶς* πᾶν τὸ τιμωρῶν ἔργον &c. apud Gell. d. l. Add. Grot. l. 2. c. 20. n. 9. Id quod maximè publicis in criminibus locum habet. Dn. Hahn. ad Wesf. ff. d. I. & I. n. 13. & d. poen. n. 9. Unde non rarò qui capitali supplicio affecti sunt, insepulti relinqui solent, ut quisque intuens eos exemplo eorum à similibus delictis cavere sibi studeat.

§. 4. Et ita consuetudo defenditur illa, quâ facinorosorum cadavera in patibulo vel rota insepulta relinqui solent; id quod tanquam irrationabile improbant multi non Theologi solum, sed Juri quoque, quos allegat Didac. Covarr. l. 2. V. R. c. 1. n. 110.



760  
13  
7

n. ii. Quamquam enim quod dictum est, punitorum ejusmodi cadavera à sepulturâ arceri non debeant, id tamen intelligitur, si à Magistratu id concessum fuerit: aliter enim quin jure denegari ea iisdem propter publicam utilitatem quandoque possit, dubium non est. Covarruv. d. l. Magnif. Dn. Richter, Exp. auth. item qui C. d. sep. viol. n. 46. Reipublicæ enim quàm maximè interest, horrendis ejusmodi spectaculis à similibus criminibus arceri alios. Petr. Heig. p. 2. q. 37. n. 31. seqq. Perez. C. si reus vel accus. mort. n. 6. B. Ungep. Ex. Justin. 13. q. 4. in djo. Wesenbec. par. ff. d. cadav. pun. Quò collimat 1x. l. 28. § pen. ff. d. pæn. & gl. in Weichb. art. 36. Man begräbet die Diebe selten / damit das man andere erschrecke. Et gl. in LandR. l. 2 art. 13. n. 6. Darumb hencket man die Diebe in die Höhe / auff das sie jederman sehen möge / und dadurch erinnert oder erschreckt werde dergleichen zu lassen. Add. P. H. D. art. 159. 162. Accedit, quòd crescentibus delictis pœna quoque crescere debeat, l. 16. §. ff. d. pæn. c. un. ext. eod. clem. 1. vers. nec super eod. Quin & notat Br. in l. un. C. d. super exact. quòd delicta non admodum etiam gravia gravissimè propter frequentiam puniri soleant, & propter eam juratransgredi liceat, juxta Innocent. in c. 1. d. constit. Bl. in l. 4. §. 2. ff. d. offic. Procons. Tiraq. d. pæn. c. 49. n. 16. seqq. Zœf. ad ff. d. cadav. pun. n. 1. Neque restringenda ita est Judicis potestas, ut pro delicti ratione augmentum saltim aliquod pœnæ addere prohibeatur. gl. & Dd. in l. 3. C. ex qu. caus. infam. l. 13. ibiq. Br. ff. d. pæn. Gail. l. 2. d. P. P. c. 9. n. 22. Non obstat, c. 30. c. 13. q. 2. nec ponderis alicujus sunt adducta à dissentientibus argumenta, quæ nervosè soluta vide apud Ungep. l. c. Add. B. Dn. Gerhard. LL. Theol. loc. d. morte § 89.

§. 5. Eadem pugnat ratio, quando pro delicti qualitate decapitari quidam prius, & deinde rotæ in altum erectæ, capite palò infixò, imponi solent: quomodo puniuntur hodiè, qui robbariam exercent, adeoque mitius aliquantò, quàm latrones, quippe qui rotâ statim contunduntur; cùm hi non deprædari solum, sed occidere etiam homines; illi verò absque homicidio deprædari saltim soleant. P. H. D. art. 137. §. Aber nach Gewohnheit. P. Sächs. Inquisition-Process. t. 12. a. 2. n. 10. vers. oder

41

oder auch wenn nur zum Abscheu, Carpz. *pr. crim. p. 1. q. 7. num. 33.*  
Sithm. *N. I. C. d. vi bon. mpr. Schultz. Synops. I. eod. lit. a.*

§. 6. Referuntur huc illi, qui capitali in reatu constituti  
pœna metu mortem sibi consciverint, vel incarcerationi mortui  
inveni fuerint. Horum enim cadavera, si convicti sint, in fur-  
cam extolli aut rotæ imponi aut pro delicti qualitate comburi  
debere tradunt *Dd. per. l. 1. l. f. ff. d. his qui mort. sibi consc. l. 1. C.*  
*eod. Wefenb. par. ff. ad L. Corn. d. sicar. n. 7. Schneidew. ad §. 3.*  
*l. d. I. & L. Zœf. ad ff. d. his q. mort. sibi n. 3. Perez. C. eod. num. 5.*  
*Dieth. addit. ad Befold. th. pr. voc. Galg. Unde sagarum cor-*  
*pora, quæ à Dæmonibus non raro interfecta in carceribus re-*  
*periuntur, latâ sententiâ, comburi nihilominus solent. Dn. Haha-*  
*ad Wefenb. d. his, qui sib. mort. n. 7. Nec obst. quodd in mortuo-*  
*rum cadavera sævire inhumanum quibusdam videatur, quasi*  
*mors reatum omnem sustulerit, l. f. ff. ad L. Jul. Maj. l. pen. ff. d.*  
*N. O. N. Nov. 22. c. 20. Br. in l. 10. C. d. his, qui ut indign. Ra. Bl. &*  
*Ang. in l. 2. C. q. test. fac. poss. Dec. in l. 111. §. 1. n. 2. ff. d. R. I. Quod*  
*si enim bruta supplicio subijci, Exod. 21, 23. Lev. 20, 25. res inani-*  
*matas deportari, Plin. l. 19. c. 3. & 4. l. 10, c. 22. & ædes in exem-*  
*plum destrui licet, l. 1. C. d. fals. men. l. f. C. d. aleator. l. 15. C. d.*  
*Episc. & Cler. l. 2. C. d. sep. viol. Quidni & corpora eorum, qui*  
*mortui ita inventi fuerint, furcâ suspendi aut ignominia eâ,*  
*quam merebantur vivi, affici queant? Farinac. *prax. crim. p. 1. q.**  
*10. n. 78. seqq. Perez. l. c. n. 6. Zœf. ff. d. cad. punit. n. 3. Notan-*  
*dum tamen quodd semper in melius sit præsumtio, l. 3 §. pen. ff. d.*  
*his q. mort. sib. & si incarcerationis inveniatur mortuus, & exculan-*  
*di aliqua causa subbit, occidisse sese non præsumatur. gl. in l. 2.*  
*§. 5. verb. nec dolo, ff. d. legat. 2. l. pen. C. d. custod. reor. Magnif.*  
*Dn. Struy. Ex. 49. th. 109 Heig. p. 2. q. 36. n. 34. aut si tamen ho-*  
*micida sui credendus sit, non tamen pœna metu vel mala con-*  
*scientiæ stimulo, sed doloris impatientia vel carceris molestia*  
*interemisisse se credatur. Wefenb. ff. d. his q. sibi mort. Est enim*  
*incarceratio magnum sæpè tormentum incarcerationi, l. 7. ff. depo-*  
*sit. Gaill. 1. obs. 26. n. 10. Unde mala mansio & torturæ species ap-*  
*pellatur, d. l. & l. 15. §. 41. ff. d. injur. Bl. in l. 2. C. d. Episcop. aud.*  
*Rol. à Valle conf. 17. vol. 3. n. 21.*

§. 7. Quæ

701  
143  
7

§. 7. Quæ dicta sunt, non ita debent accipi, ut scelerosorum ejusmodi cadavera nunquam sepeliri posse credatur. Quod si enim amici vel quicumque extranei petentes ea ad sepulturam à Principe impetraverint, utique tùm sepeliri poterunt. *l. 2. l. 3. ff. d. cad. pun. l. v. C. d. religios.* Et faciliè conceduntur ea, nisi in gravioribus delictis aut ubi exemplo opus sit. *l. 1. ff. d. cadav. pun. Tholos. l. 31. c. 14. n. s. l. 32. c. 29. n. 2.* Hoc enim casu justè denegari eam iis ex dictis patet. Vid. §. 3. 4. *h. c.* Ut falsi adeò sint Bl. *in c. 1. §. injur. d. pac. jur. fir. Chals. in conf. Burgund. rubr. §. 1. n. s.* qui mortaliter peccare Judicem dicunt, si petita hæc cadavera sepelienda deneger. Quanquam enim humanitatis causa sepeliri ea concedatur quandoque à Principe, id quod observasse scribit D. August. *lib. 10. d. vit. sua, l. 1. ff. d. cadav. pun.* (quam longè aliter narret eum *Sveron. c. 13.* quòd sepulturam petenti alicui in volucrum potestatem fore eam responderit. Ubi tamen per iram dicta hæc fuisse addit) Id tamen tùm demum procedit, quando vel delicti gravitas id non præcipit, *l. 1. ff. d. cadav. pun.* vel exemplum propter alios statuendum non est. *Carpz. pr. crim. p. 3. q. 137. n. s.* Soli autem Principi hanc concedendi potestatem competere notat *Wesemb. parit. ff. d. cadav. pun.* aut inferiori quoque Magistratui, si à Principe id permissum ei fuerit. *Nov. 134. c. 3. pr.* Jussus autem ille, si non concesserit officio privatur, inque exilium remittitur, & de substantia ejus eveniens dispendium læsis restituitur. *d. Nov. 134. c. 3. §. 1. 2. Prosp. Farinac. l. 1. t. 1. q. 10. n. 77. Carpzov. l. c. q. 131. n. 35. seqq.*

§. 8. Idem juris est, quò Principis arbitriò punitorum cadavera ad anatomiaè exercitium Medicis concedi solent. *Br. in l. 3. ff. d. cadav. pun. Jul. Clar. l. 5. §. ult. q. ult. Gomez. tom. 3. V. R. c. 2. n. 79. Wesemb. l. c.* Quanquam enim non sine contumeliâ aliqua cum puniti tùm propinquorum ejus fieri illud certum sit; unde & dignitatis hæc rationem habendam esse, notat *Dn. Hahn. ad Wesemb. l. c.* cum tamen publicæ utilitatis gratiâ anatomia illa suscipiatur, ut sc. dissectione & inspectione hæc in curandis hominum corporibus peritiores efficiantur Medici; hinc merito publica illa prævalet utilitas, *arg. l. 31. ff. d. injur. l. un. §. 14. C. d. caduc. toll. Hunn. ad Treuth. vol. 3. D. 31. thes. 66. Dn. Hahn. l. c.*

*l. c. Perez. in C. sireus vel acc. mort. n. 6. Zoel. ad ff. d. cad. pun. n. 2.*  
Tum & quid debeat honoris illius cadaveri, qui, antequam necaretur, poenae servus factus sit, adeoque nihil referat, quicquid tandem de eo fiat, cum & insepultus abjici & in furcâ relinqui possit. *Besold. thes. pr. v. Anatomy. Speckh. cent. 1. q. 7. Harprecht. d. oblig. q. ex del. n. 76. Limnaeus f. P. l. s. c. 4. n. 130.* Notandum hic, quod propter dictam utilitatem publicam ipsa sepulchrorum cadavera ad anatomiam suscipiendam certis casibus effodere liceat. *Vid. Mar. Antonin. lib. 1. v. R. ref. fin. c. 23.*

§. 9. Denegatur etiam sepultura iis, qui laesae Majestatis damnati sunt, *l. 1. pr. ff. d. cadav. pun. h. c.* qui hostili animo aliquid adversus Principem aut Remp. attentaverunt. *l. ff. ad L. Jul. Maj. Add. Valer. Max. l. 6. c. 3.* Et apud Romanos olim criminis hujus rei post ultimum supplicium in gemonias scalas abjici, & unco in Tiberim pertrahi solebant: id quod M. Clodio accidisse testis est *Val. Max. l. d. Vid. Dn. Kirchm. d. fun. Rom. append. c. 7. ubi tmpp. ipsos, qui in tyrannos degenerassent, sepultura privatos demonstrat.* *Appian. lib. 3. d. bell. civil.* Spectat huc horrenda illa sententia, quam superiori seculo Anno 1577. contra innocentissimum Heroem, Casparem Colinium, Parlamentum Parisiense dixit; cujus verba, quantum ad hoc, è Thuani histor. *lib. 53.* transcribemus: *Ea nomen ejus, verba sunt sententiae, in perpetuum aboletur, decerniturque, ut corpus illius, si usquam inveniri possit, aut si minus, imago crati imposta à carnifice per urbis vias raptetur, & in Ripensi foro ad patibulum suspendatur, atque inde ad Monsfalcomias furcas editiore loco transferatur, & insignia ad caudas equorum alligata iidem in sempiterna ignominia testimonium per urbes raptentur.* Hodiernis moribus ex *Const. Crim. Caroli V. art. 124.* criminis hujus rei in quatuor partes à robustis equis quandoque disseccari & in locis eminentioribus versus quatuor orbis oras suspendi atque ita insepultae relinqui solent. *Vid. Const. Elect. 1. part. 4. ibiq. Dn. Carpz. & idem pr. crim. p. 1. q. 41. n. 93. Dn. Hahn. ad Wesenb. ad L. Jul. Maj. n. 7. Zoel. eod. n. 17.* ad exemplum nempe Metii Suffetii, Albanorum Ducis, quo de *Liv. l. 1. Dion. Halicarn. lib. 3. antiqu. Rom. Gell. l. 20. N. A. c. 1.*

§. 10. Conjuratorum poenae *Vespasianus addend. cen-*  
*suit,*

13  
7

fuit, ut insepulti projicerentur Sueton. *in Vespas. c. 2.* Eadem se-  
veritate in proditores & sacrilegos usi sunt Athenienses Xenoph.  
*lib. 1. ἐλλήνων.* Diod. Sicul. *l. 16. c. 6.* Cornel. Nep. *II. c. 10. num.*  
*ult. & XIX. c. 4. n. 4.* Ap. Spartanos, qui cum Persis clam amici-  
tiae foedus iniissent, non fame solum interemtos, sed sepulturâ  
quoque privatos esse testatur Elian. *l. 4. V. H. c. 7.* Qui coelibes  
vixissent apud Corinthios, sepulturâ itidem judicabantur indi-  
gni. Schonb. *l. 1. Pol. c. 6. Siebenty. Exerc. Pol. 2. qu. 3.* Apud He-  
braeos, qui semetiplos interemissent, amputata dextrâ inhumati  
projiciebantur, Hegesipp. *l. 3. d. bell. Hierosol. c. 17.* Eisdem Græ-  
cos infamiâ affectisse notat Aristot. *5. Ethic. 11.* id quod Andron.  
Rhod. exponens, sepulturâ corpora eorum prohibita esse scri-  
bit. In Gallia iis, qui nihil ecclesiæ legassent, sepultura olim de-  
negabatur Klock. *d. anurio. l. 2. c. 148. n. 16.* Dietherr. *add. ad Be-*  
*ford. th. pr. v. Grâber.* Apud Aegyptios, mortuô Rege, antequam  
terra mandaretur ille, per Sacerdotem vita ejus ex alto suggestu  
recesseretur, & si vitia prævalebant, funeris honore destitueba-  
tur. Diod. Sicul. *l. 2. c. 3.* Thololan. *lib. 32. c. 7. m. 11.*

§. 11. Et per consequens ii quoque sepulturâ privari videntur,  
qui ignis poena subjecti à Vulcano penitus consumti sunt.  
*l. 8. §. 2. l. 28. §. 11. l. 38. §. 1. ff. d. pen. l. 6. pr. ff. ad L. Jul. pecul. l.*  
*9. ff. d. incend. ruin. l. 3. C. d. Jud. & Cælic. l. un. C. de mul. 9. se-*  
*propr. serv. l. un. §. f. C. d. rapt. virg. l. 1. C. d. immun. nem. prest. l.*  
*2. l. 3. C. d. fals. mon. l. 3. C. d. malef. & math. l. un. C. d. Nil. agg.*  
*non rump. l. 9. C. d. remilit. l. 9. C. ubi caus. ff. l. 8. §. f. C. d. heret.*  
It. qui submersionis poenâ plectuntur, *arg. §. 6. l. d. publ. jud. l. 9.*  
*pr. ff. ad L. Pomp. d. parr.* quâ Octavius Cæsar, pædagogum mi-  
nistrosque Caji, filii, superbe in provinciâ grassantes affectit, Sueton.  
*in Octav.* Sic Trajanus delatores omnes navibus sine velis  
& remis impositos fluctuum misericordiæ committi præcepit.  
Plin. *in 2. Paneg. ad Trajan.* Et iis quoque denegata sepultura vi-  
detur, qui bestiis laniandi obijciuntur, qualem Darius poenam in  
Daniclem constituisse legitur, *Dan. 6. 14.* Vide de Caligula Sve-  
ton. *in Calig. c. 27.*

§. 12. Excommunicatorum vel hæreticorum cadavera, si  
per violentiam aut aliô casu in cœmeterio tumulati sint, & ab a-



horum corporibus discerni tùm queant, exhumari & procul ab  
 ecclesiasticâ sepultura jactari debent. *c. 1. c. 24. q. 1. c. 6. c. 24. q.*  
*2. c. 12. d. sepult.* Quòd si discerni nequeant, melius est cum co-  
 rum corporibus fidelium ossa non extumulari, *d. c. 12. ibiq.* Dn.  
 Ungep. *n. 3.* Quod in illis etiam locum habet, qui ecclesiasticâ  
 sepulturâ tumulari hæretici post mortem inventi sunt. *c. 6. c. 24.*  
*q. 2.* Id quod factum etiam à Senatu Basileensi legimus. Cùm  
 enim Anno 1544. M. April. *David Georgi, hæreticus Belgicus*, eò  
 veniret, & ut jus civitatis sibi suisque concederetur, peteret, Jo-  
 hannem von Brugg / sese nominans, 15. August. ejusdem anni  
 cum suis receptus; sequenti verò anno, d. 26. Aug. mortuus, &  
 cùm de hæresi ejus tùm non constaret, honorificè sepultus est.  
 At quid? mox fama post defunctum Johann. von Brugg mali-  
 tiosæ David Georgitarum sectæ nomen & auspiciam dedisse ex-  
 titit. Quò verò tandem cognitò, Anno 1559. d. 13. Maji *filius hic*  
*Messias* publicè falsi accusatus, condemnatus, effossus & una cum  
 scriptis suis effigieque pictâ combustus est. Uti ex scripto ab A-  
 cademiâ Basileensi jussu Senatus ibidem An. 1559. publicato plu-  
 ribus constat.

CAP. V.

*De juribus eorum, qui funeris exequias procurant,  
 & actiones funerariæ privilegio.*

S. 1.

**H**umari defunctorum corpora, & terræ, unde ortum habent,  
 reddi debere probatum est. At tumulari ea non sufficit; sed  
 consuetas quoque Christianoque more receptas ceremonias ad-  
 hiberi debere pietas exigit, & civiles constitutiones præcipiunt.  
 Dn. Carpzov. *decis. 162. p. 2. n. 7.* Pro defuncti enim facultatibus  
 dignitate & voluntate exequias fieri debere suprâ diximus. Ho-  
 nestæ verò ejusmodi exequiæ cùm nunquam non sumtus desi-  
 derent, unde qui præstare eos, & exequias cuique parare tenea-  
 tur, in seqq. videbimus.

S. 2. Funus autem facere eum oportet, quem decedens  
 ad id elegerit, *l. 12. §. 4. ff. d. religios.* id tamen si non fecerit, pœ-  
 nam non incurret, siquidem pro eo relictum ei nihil sit; quòd si  
 verò



143  
473  
7

verò relictum ei quid fuerit, ab eò repellitur, *d. l. 12. §. 4. Quir.* imò si, acceptâ pecuniâ, funus non fecerit, actio de dolo in eum, competit, & extra ordinem ad funus ducend. compellitur. *l. 14. §. 2. ff. eod.* Hæres autem, qui defunctum ab eo, quem testator elegit, funerari prohibet, quanquam non rectè faciat quidem, pœnam tamen non incurrit, *l. 14. §. 14. ff. eod. Add. l. 5. C. d. his, quib. ut indign. ibiq. Gothofr. lit. F.*

§. 3. Quòd si defunctus nemini exequias suas demandaverit, qui hæres ei futurus est, parare eas tenetur, *l. 12. §. 4. l. 14. §. 8. 11. 17. l. 15. l. 28. l. 46. §. 1. ff. d. religios. l. 5. C. eod. l. 27. ff. d. condit. inst. Dn. Carpz. l. c. n. 11. Dn. Moller. ad cons. El. 28. p. 1. n. 14.* ut qui commodum percepturus est, onus quoque subeat, *c. 55. d. R. 7. in 6. §. f. I. d. leg. patr. tut. l. un. §. 4. C. d. caduc. toll. & nefama periclitetur ejus, si defunctus relinquatur insepultus, arg. l. 28. ff. de religios.*

§. 4. Sed quid, si in parando testatoris funere negligens existat hæres, an propterea suò hæreditatis jure privandus erit? Negandum id esse autumo, *per l. 5. C. d. his q. ut indign. ibiq. Gothofr. not. Carpz. l. c. Perez. in C. d. religios. n. 15.* Quanquam enim officio ejus sepulturam defuncto parare, quæque curæ ejus commissa sunt, præstare maximè incumbat, propter negligentiam tamen hæreditatis privationis periculum subire non videtur, præsertim, si quod sui est officii, etiamnũ facturum sese promittat. Quid quòd nec ullo jure de privatione ejusmodi dispositum legatur, quam sine juris autoritate fingere nefas fuerit, *arg. l. 5. C. d. repudiis, c. 18. d. sent. excomm. in 6. cum privatio locum aliter non habeat, quàm si in jure expressa sit, Nov. 115. c. 3. Nov. 2. c. 3. Jason in l. 1. C. d. transact. n. 12. Hartman. Pistor. l. 7. q. 15. n. 19.* Quin imò quamvis indignitatem contraheret olim hæres, si violentam testatoris necem jure vindicare negligeret, *l. 17. l. 20. l. 21. ff. q. ut indign. auf. her. l. 1. l. 6. l. 7. l. 9. C. eod. id tamen in desuetudinem hodiè abiit, Dn. Carpz. pr. crim. p. 1. q. 34. n. 74. seqq. Jul. Clar. l. 5. sent. §. ult. q. 79. n. 8.* Quòd si itaque hoc in casu cessat hæreditatis privatio, quomodo eâ tũm admitti poterit, si in parando funere negligentia saltim arguatur hæres. Fieret enim tunc, ut quod minoris est negligentia, severior

ri coërceretur vindicta; id quod iniquum fore equis non videt? l. 11. pr. ff. d. pen. l. 1. §. 2. ff. d. abigcis.

§. 5. Non ineptè hic, quomodo defuncti voluntas circa sepulturam servanda sit, disquiritur. Et quidem si honesta ea fuerit, omnibus modis servandam eam esse affirmo c. 4. c. 13. q. 2. l. 50. §. 1. ff. d. her. petit. l. 44. ff. d. manum. test. l. 1. C. d. SS. Eccles. l. 28. §. 2. C. d. Episc. & Cler. l. 5. C. d. religios. Quòd si verò contra bonos mores aut ineptè quid testator præceperit, id non valet, nec ad implendum id astringetur ille, cui mandatura est, l. 113. §. 5. ff. d. legat. 1. l. f. §. f. ff. d. aur. argent. l. 14. §. 6. ff. d. religios. l. 27. ff. d. cond. instit. in tantum ut si inepto præcepto ejus non obtemperaverit, laudandus potius sit, quàm accusandus, d. l. 27. ff. d. cond. inst. Carpz. decis. 162. n. 1. Zoxl. ff. d. cond. inst. n. 4.

§. 6. Referendum huc est Patavini cujusdam J. C. i. Doctoris testamentum, quem Ludovic. Cortusium fuisse testatur Drexel. in prodr. etern. Becker. p. 2. art. orat. c. 7. q. 2. in quo, ut mortuum eum cum tubis & tripudiis rubrisque vestimentis induiti hæredes ad sepulturam deducerent, nec lacrymas ullas profunderent, mandaverat Franc. Mantic. l. 2. d. conject. ult. vol. tit. 5. n. 9. Voluntatem enim hanc cum Paulo d. Castr. in l. 5. C. d. bis q. ut indign. bestialem asserere, quàm cum Roman. ad l. 1. pr. n. 19. d. V. O. validam esse contendere satius est, Dn. Ungep. Ex. Justin. 11. q. 2. in Ajo. Non movet, quòd Christianum piè defunctum esse gaudio potius, quàm dolore percipiendum sit, c. 28. c. 23. q. 2. publici enim piique mores tale quid hac in re fieri non sinunt. Add. Sir. 38. 16. c. 22. n. Ephes. 3. 4. Job. 11. 3. Et gaudere hac fortunà consuetudo est solis Trogloditis digna, qui mortui cervicem pedibus alligantes cum risu & joco efferre eum solebant. Polyd. Virg. l. 3. d. rer. invent. c. 10. Et vitulari in exequiis non nisi Thracibus convenit, quos natales hominis ejulantes exceperit; exequias verò ejusdem jubilantes celebrasse testatur Val. Max. lib. 2. c. 6.

§. 7. Notandum hic est, ex hæreditariis defuncti bonis funeris ejusdem impensas defumi debere. Dan. Moll. Const. 28. p. 1. n. 14. Dn. D. Richter d. privil. cred. c. 2. m. 4. n. 14. Non enim de suo hæres, sed ex defuncti patrimonio præstare eas tenetur.





13  
779 7

*l. 14. §. 1. c. 13. l. 16. ff. d. religios.* Et hinc sequitur, quòd cum uxor alicujus sepelienda sit, hæredes ejus, ex bonis, quæ ultra dotem, ad eos perveniunt, impensas erogare teneantur, *l. 20. §. 2. ff. eod.* Non enim maritus tum ad eas præstandas est obligatus, *l. 13. ibiq.* *D. C. d. negot. gest.* quia solutum est matrimonium, & ita onera subire definit vir *Bl. ad d. l. 13.* Pro parte tamen dotis lucrata tenetur maritus, *l. 16. l. 22. seqq. ff. d. religios.* quamvis aliter prædebitis uxoris ex dote lucrata cum hæredibus ejus non contribuat. *l. 27. C. d. 7. D. Tholof. l. 2. c. 14. n. 7.* At si dotem solam uxor habeat, ad quem ea pervenerit, ille sumtus funebres præstare tenebitur, *l. 16. l. 17. seqq. ff. d. religios.* quia dos quasi patrimonium est uxoris, *l. d. 16. l. 75. ff. d. 1. D. l. 20. l. 30. C. eod. l. 3. §. 5. ff. d. minor. l. 7. ff. d. pact. dotal. l. 71. ff. d. eviction.* Ex patrimonio autem suo defunctus sepeliri debet, *l. 14. §. 1. l. 16. ff. d. relig. E. & c.* Quòd si verò nec dos ulla sit, impensam omnem pater mortuæ præstabit filia, *l. 28. ff. eod. & si nec pater solvendo sit, maritus in quantum potest, tenebitur, d. l. 28. Br. & Bl. in l. 13. C. d. negot. gest. Magnif. Dn. Richt. l. c. n. 14. Dn. Ungep. d. sepult. n. 16. Berlich. p. 1. concl. 29. n. 10.* Quòd si tamen maritus vel pietatis vel alterius rei gratiâ uxorem sepeliri curaverit, factos sumtus non repetet, *arg. l. 14. §. 7. ff. b.* Habentur enim viri, quibus, ut Chæremon loquitur, *ἡλικία καὶ ἡλικία νεκρῶν ὄντων, ἢ γαμῶν,* & quibus gravior expensa, quam quæ in funus uxoris erogatur, ostendi nequeat, præsertim, si deformis ea, vetula, morosa & quid non mortua fuerit, *juxta Juven. illud Sat. 6.*

*Si verum excutias, facies, non uxor amatur,*

*Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet,*

*Fiant obscuro dentes, oculiq; minores,*

*Collige sarcinulas, dicit libertus, & exis*

*Jam gravis es nobis.*

§. 8. Ita è contrario nec uxor ad mariti exequias de suis sumtus præstare tenebitur, siquidem ex bonis ejus hæreditariis ii haberi possint. Ergans tamen impensas, nisi cum consensu hæredis eas impenderit aut minimum protestata fuerit, de Jure Saxon. repetere eas nequit. *LandN. lib. 1. art. 22. vers. Mit seinem Rechte soll auch die Frau, Dn. Ungep. l. c. cum pietatis causa eas tùm*

41

tum erogasse præsumatur, Zobel. *in addit. ad LandR. l. c.* Imò si ad exequias honestè marito præstandas sumtus aliunde non suppetant, non ex pietate solum ad suppetias de bonis suis ferendas obligata est; sed & quòd jure communi uxori onus alendi maritum in casu inopiæ imponatur, etiam de bonis paraphernalibus, *arg. l. 1. §. aut. præterea. C. unde vir. & ux. Petr. Surdus d. aliment. tit. 1. q. 35. n. 5.* cùm participes hi sint infortuniorum, *l. 22. §. 7. ff. sol. matr. l. 8. pr. ff. d. his q. sui vel al. jur. Dn. Carpz. Const. 25. p. 3. def. 7.*

§. 9. Colligitur hinc, quòd cùm successor feudi non jure hæreditario nec defuncti vasalli beneficio, sed legis providentia vocetur, *c. 1. d. success. feud. Gothman. vol. 2. conf. 92. n. 3.* extantibus bonis hæreditariis seu allodialibus, impensas funebris defuncto antecessori ex feudo is præstare non teneatur. Et ita Anno 1607. *Mens. Febr. ad requisitionem Wilhelms von Witleben Fac. Jurid. Jen. respondit:* Seynd esliche Leichkosten auffgewendet worden / so sind die Landerben solche allein aus der gemeinen Erbschafft zu zahlen schuldig/und ihr der Lehnsfolger werde dargegen billich verschonet / B. N. W. Magnif. Dn. D. Richt. *d. priv. cred. c. 2. m. 4. n. 15.* Atque hoc adeò verum est, ut etiam si antecessoris filia à feudi successore alimenta debeantur, mortuà eà, nequidem ad impensas funebres is teneatur, cùm feudum potius ab omni tùm onere liberetur. Non enim sub alimentis funebres quoque sumtus comprehenduntur, *arg. l. 6. ff. d. alim. & cib. leg.* cùm hi cessantibus demum alimentis, h. e. defuncto alimentario, impendendi veniant, *l. 8. §. 10. ff. d. transact. Coler. l. 2. d. alim. c. 12. n. 44.* Dn. Carpz. *C. 46. p. 2. def. 23. n. 3.* Nihilominus tamen si filia aliunde, ex bonis scil. allodialibus, non habeat, ut honestæ exequiæ ei fieri possint, vel æquitatis solum, necdum pietatis officio ad præstandos ejusmodi sumtus feudi successorem obligari dicendum est, ne ob sumtuum defectum dedecore afficiatur funus ejus, quæ morte suâ quantum faciendi occasionem præbuit alii. Magnif. Dn. D. Richter. *decis. 78. n. 23.* Dn. Carpz. *l. c. & pr. crim. p. 2. q. 68. n. 15.*

§. 10. Qui funus ducunt justave mortuo faciunt, in jus vocari nequeunt, *l. 2. l. 3. ff. d. in jus voc. Zofl. cod. n. 15. Welsenb. parat.*

17 143  
775  
7

parat. ff. eod. n. 5. Nobiliss. Dn. Struv. Exercit. s. thes. s. Um-  
mius D. ad process. s. th. 6. quod funeris sc. causa publica sit, arg.  
l. 36. ff. d. judic. Perez. in C. d. religios. n. 13. Neque qui funera-  
curant, intra novem dies vel ex defuncti vel propria personâ ul-  
lô modò aut conveniri aut inquietari possunt, *auth. sed neque. C. d. sep. viol. Novell. us. c. 5. §. meminisse. Bl. & Salic. in d. autb. Dn. Struv. Exer. 48. th. 87. Perez. l. c. Dn. Hahn. ad Wesenbec. d. l. n. 5. Schneid. ad §. 1. I. d. interd. n. 46.* Et novem præcipuè dies constituti erant, quod tantum tempus ad lugendos defunctos concessum olim esset. *d. Nov. us. Br. ad d. autb. Unde Donat. Phorm. Ter. in nuptiis, inquit, septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus, quo parentalia concluduntur, à quò numero festivas illa novendialia dicta. Vid. Magnif. Dn. Richt. expos. auth. d. n. 4. Kirchm. l. 4. d. fun. Rom. 1. §. cap. 10.*

§. 11. Ulu fori Saxonici pleraque etiamnum obtinent, nisi quòd novem illi in triginta dies commutati sint. Nobil. Dn. D. Struv. l. c. Rennem. membr. 3. D. 61. th. 29. quò Jure ante tricesimum diem post mortem defuncti à momento ad momentum computandum nemini respondere, aut quicquam persolvere tenetur hæres; *juxta gl. in Weichbild. art. 23. col. 4. vers. Ihr solt wissen. ibi. Ist der Erbe vor dem dreysigsten niemanden zu antworten oder zu geben schuldig. Add. gl. in LandR. lib. 1. art. 22. verb. Der Erbe mag wohl ic. ibi: vor dem dreysigsten. Sed de hisce dicendi commodior fortè inferius dabitur occasio.*

§. 12. Notandum hîc, quòd non rarò contingere solet, ut defuncto aliquò, pecunia ad exequias nondum adsit, aut hæres defuncti vel non præsens, vel cognitus nondum sit: defuncti enim plerumque ante sepeliri solent, quàm hæres iis existat, l. 4. ff. d. religios. inde sæpè accidit, ut extraneus vel titulo mutui hæredibus vel qs. negotium defuncti gesturus ad funus ei faciendum impensas erogat. *Carpz. dec. 162. n. 9.*

§. 13. Cùm verò nemo de suo erogare eas teneatur, l. 14. §. 6. 13. ff. d. religios. inde qui erogavit eas, non reperere solùm potest, l. 12. §. 2. ff. eod. sed & tantò privilegiò eæ de J. Civili gaudent, ut si debitoris defuncti bona solvendo non sint, omne creditum eæ præcedant, l. 45. ff. eod. ibi; *Gothofr. not. l. 3. C. eod. l.*

17. ff. d. reb. aut. jud. poss. l. 4. C. d. hered. pet. l. 22. §. 9. C. d. jur. delib. Et non tantum ante legata, verum etiam ante pensiones rei locatae solvendae sint, arg. l. 14. §. 1. ff. d. religios. Nec legatorum nec falcidiae, antequam deducantur è bonis defuncti funebris impensae, ratio haberi possit, §. 3. I. d. L. Falcid. ibiq; Wesenb. Ang. Ludw. Borcholt. l. 6. C. cod. l. 18. ff. eod. l. 39. §. 1. ff. d. V. S. Imò omnibus creditoribus non chirographariis solum, sed & hypothecariis s. tacitam s. expressam hypothecam habentibus, anterioribus quoque impensae istae funebres in concursu creditorum praefertuntur. Magnif. Dn. Richter d. priv. credit. c. 2. m. 4. n. 10. Nobil. Dn. Strauch. diff. ad π. 28. aphor. 19. Moller. ad C. 28. p. 1. n. 15. Dn. Carpz. ad d. Const. def. 39. n. 2. Beuther. d. priv. cred. p. 1. c. 23. Perez. in C. q. pot. in pign. n. 21. Sithmann. N. J. C. q. m. r. c. o. Secus sentiunt Hartm. Pistor. obs. 67. n. 4. Vanderaanus d. priv. cred. c. 3. Zœf. ff. d. relig. n. 7. & q. pot. in pign. n. 20. Treutl. vol. 2. D. 24. tb. 7. lit. G. & alii, qui creditoribus quidem Legatariis & chirographariis funebris impensas praefertunt, cedere tamen iis, quibus ex pacto hypotheca competit, autumant per l. 9. C. q. pot. in pign. quòd hi in rem actionem habeant; creditores verò funebrium impensarum non reali, sed personali tantum privilegio gaudeant. Zœf. l. c. n. 20. Verum rectius cum Autoribus allegat. omne creditum praecedere eas defendimus, propter express. tx. l. 45. ff. d. religios. Neque est, quòd verba d. l. omne creditum ad personalia tantum credita restringere, non verò de hypothecariis intelligere velimus: privilegia enim quam plenissime accipi, non restringi debent, c. 15. d. R. J. in 6. l. 3. ff. d. constit. Princip. l. 43. pr. ff. d. vulg. & pupill. subst. nec ubi lex tacet, nobis distinguere licet, l. 4. ff. d. offic. Praesid. Pr. l. 8. ff. d. public. in rem action. Et quanquam creditor ejusmodi personale tantum jus habeat, privilegium tamen ipsi concessum tam potens est, ut reliquos omnes creditores antevertere valeat. Dn. Hahn. ad Wes. d. priv. cred. n. 5.

§. 14. Aliud J. Saxon. obtinet. Quanquam enim eò inter quinque illas creditorum classes, secundum quas debita iis adjudicantur, funebrium impensarum creditores ceu privilegiati in primâ classe collocati sint. Ordin. Judic. Elect. d. anno 1623. tit. 41. Ord. Jud. Magdeb. d. anno 1652. c. 50. Nobil. Dn. Struv. Ex. 44. tb.

44. *th. 45.* Dn. Hahn *l. c. n. 4.* Cùm tamen non pro ratâ portione privilegiati omnes credita simul accipiant, sed juxta ordinem privilegiorum præferatur alter alteri, quia nempe aliis pingviori aliò gaudet privilegio. Magnif. Dn. Richt. *d. priv. cred. c. 2. pr. n. 1.* Dn. Carpz. *Const. 28. p. 1. def. 12.* Dn. Struv. *l. d. th. 46.* Hinc alii potiores sunt funebribus impensis, & ipsas quoque in concursu creditorum antecedunt. *Diss. Wesenb. d. priv. cred. n. 6. cum Azone, rubr. C. d. bon. aut. jud. poss.* Vid. Dn. Hahn *ad d. Wesenbecii locum.*

§. 15. Præferuntur itaque funebribus impensis Jure Sax. ii I. qui exstantes adhuc apud debitorem res suas dominii jure petunt. Magnif. Dn. Richter. *d. tr. c. 2. m. 1. n. 1.* Dn. Carpzov. *l. c. def. 13. n. 2.* Berlich. *p. 1. concl. 64. n. 1.* id quod & Jure Civili obtinere aurumo; nulla enim unquam justior est petitio, quam si dominus rem suam vindicet. *l. 4. §. 3. l. 6. §. pen. ff. comm. divid. l. 7. §. 2. l. 31. §. 1. ff. de pos. l. 8. C. ad exhib. Bl. in l. 30. C. d. J. dotium n. 2.* Dn. Strauch. *disput. 28. apb. 19.* II. qui in confectioem inventarii & æstimationem defuncti debitoris bonorum impensas fecerunt, *l. 8. ff. de pos. l. 22. §. 9. C. d. jur. delib. l. 19. §. ff. ad Sc. Treb. Dn. Richt. l. c. m. 2.* Dn. Struv. *Exer. 44. th. 45.* It. in culturam agrorum factæ impensæ. Dn. Carpz. *ad d. Const. def. 38. n. 3.* Cui prælationi ob similitudinem rationis, quæ idem jus facit, *l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 4. ff. d. fund. dot. l. 16. ff. d. sponsal.* Everh. *loc. legal. loc. 13. à simili, n. 1.* frumentum sementarium, das Saam-Getreydig/ quoque æquiparatur, Nobil. Dn. Struv. *l. d.* Et ratio prælationis est, quod horum omnium intuitu bona debitoris tam in commodum eas, quam ipsorum creditorum amplificata sint, Ex quâ ipsâ ratione præferuntur quoque III. ministri & famuli, quibus merces certa, das Lied-Lohn/ constituta est, Berlich. *p. 1. concl. 64. n. 97.* & qui pane in ædibus domini fruuntur. Moller. *ad Const. 28. p. 1. n. 5.* Hartm. Pistor. *p. 1. q. 8. n. 1.* cùm & per famulos debitoris bonis multum commodi afferatur. Dn. Carpz. *l. d. def. 24. n. 3.* & merces debeatur mercenario. *juxta gl. Landb. lib. 1. art. 22. §. Ihr verdient Lohn. ibi: Der Arbeiter ist seines Lohnes würdig.* Add. *Levit. 19. 13. Deut. 24. 14. Tob. 4. 15.* Vid. latè



latè hic dd. AA, *Ord. Jud. Elef. Anno 1623. tit. 41. feqq. Ordin. Jud. Magd. Anno 1652. c. 20.* Hartmann. Piftor. p. 1. q. 8. n. 2. & *ibid.* Simon Ulric. Pift. *addit.* Nob. Dn. Hahn *ad Wefenb. q. pot. in pign. n. 3. Zorer. p. 2. qv. 20. n. 6040. 6041. feqq.*

§. 16. Solutis hifce, neceffariò ante omnes creditores reliquos feu chirographarios feu hypothecarios funebres impenfæ perfolvendæ fequuntur. Impenfarum autem nomine venit, quicquid corporis caufa, antequam feptum fit, erogatum eft. l. 37. ff. d. religiof. Borcholt. *ad* §. 3. I. d. L. Falc. n. 4. Non itaque omnis, qui inutiliter quoque erogatur fumtus, fed is demum funeris caufâ factus videtur, qui ideò fit, ut funus ducatur, & fine quo funus honeftè duci nequeat. l. 14. §. 3. ff. *eod.* Immodici enim fumtus tantum abeft, ut prælationis jure hoc gaudeant, ut repeti potius ii non pollint. d. l. 14. §. 6. *Zœl. ff. d. religiof. n. 8.* etiamfi testator faciendos eos præceperit, d. l. Nob. Hahn. *ad Wefenb. eod. n. 6. l. 113. S. f. ff. d. legat. 1. l. 1. S. f. ff. ad L. Falc.* Dn. Carpz. d. l. def. 42. Sithm. N. J. C. q. m. r. c. o. Unde Judex de æquitate eâ cognofcere debet, num pro facultate aut dignitate defuncti, aut bonâ fide fumtus facti lint, l. 12. §. 5. l. 14. §. 6. ff. d. religiof. neque enim fumtus ejusmodi probabilem modum excedere, neque etiam ita exigui effe debent, ut defuncto homini locupleti injuria facta videatur; cum nec pro modicò, nec pro immodicò fumtu detur repetitio. l. 37. §. 1. ff. *eod.* l. 4. C. d. her. pet. Magnif. Dn. Richt. d. priv. cred. c. 2. m. 4. n. 12. Dn. Hahn. *ad Wef. l. c. Vanderanus d. privil. credit. c. 3. Tholofan. lib. 2. c. 14. n. 4.* Et hanc ob caufam repetiturus impenfæ probare eas debet, l. 3. C. d. religiof. l. 4. C. d. hered. pet. ut Judex fc. moderari eas pollit, Perez. in C. h. n. 16. & probantur eæ vel ex verifimilibus conjecturis, Bl. in l. 4. C. d. hered. pet. n. 3. Vel deficientibus iis, per juramentum ejus, qui impenfæ fecit, gl. in l. f. §. 9. verb. approbaverit. C. d. jur. delib. Dn. Carpz. *Conf. 28. p. 1. def. 42. n. 4.* Moller *ad d. Conf. n. 26.* Magnif. Dn. D. Richt. l. c.

§. 17. Ex confuetudine funebribus impenfis hifce accenferi etiam folent eæ, quæ in morbum ægroti defuncti factæ funt, l. 3. C. d. religiof. l. 4. C. d. her. pet. Jaf. & Bl. *int. 22. §. 9. C. d. jur.*

727 F3  
9  
*jur. delib.* Dn. Berlich. *p. 1. concl. 64. n. 94.* *Wesemb. par. ff. d. religios. n. 6.* Perez. *eod. n. 12.* ob iustam rationem, ne à Medicis relinquatur ægroti. Nobil. Dn. Struv. *Exerc. 15. ib. 89. Ex. 44. ib. 45.* dummodò in morbum ultimum, ex quo decessit postea defunctus, erogata ea fuerint, *juxta Ord. Jud. Magdeb. c. 50. m. 1. §.* Ferner werden. *ibi.* Hierzu gehöret auch/ was zu des Schuldners Arznei in seiner Krankheit/ darüber er verstorben/ aufgewendet ist. Magnif. Dn. Richt. *l. c. Wesemb. par. ff. d. privil. credit. ibiqz.* Dn. Hahn. *n. 4. & l. d. n. 6.* Quòd si enim in morbum anteriorem, à quo reconvalescit tùm defunctus; factæ impensæ sint, prælationis jure hoc in præjudicium creditorum aliorum gaudere nequeunt, Berlich. *d. cond. 64. n. 45.* Dn. Carpz. *d. Const. def. 45.* Id quod tamen singulari privilegio Halberstadiensis pharmacopolio concessum esse testatur Dn. Hahn *ad Wes. d. priv. cred. n. 4.*

§. 18. Sed an privilegium hoc prælationis ad eas impensas etiam, quibus ille, quem defunctus sumptibus suis sepelire debuisse, sepultus est, pertineant, quaritur? Affirm. de Jure Civili, *per l. 17. ff. d. reb. aut. jud. poss.* Nob. Dn. Struv. *Ex. 44. ib. 45.* Zoef. *d. religios. n. 8. & d. privil. cred. n. 14.* Secus de Jure Saxonico, *per Ex Ordin. Jud. Magd. cit. auff des Verstorbenen/ non uxoris aut liberorum ejus, Begräbniß.* Dn. Struv. *l. d.* Dn. Carpzov. *d. Const. 28. p. 1. def. 40. n. 4.* Adeoque nec eò jure impensæ in morbum uxoris aut liberorum factæ privilegio hoc gaudent. Vid. Dn. Carpz. *d. C. def. 44.*

§. 19. De vestibus lugubribus quæ cognatis aut aliis in defuncti exequiis dari solent, an & illarum impensarum nomine hic veniant, dispiciendum est. Et negand. id videtur *per l. 14. §. 3. l. 37. ff. d. religios.* cum ad funus ducendum necessariae ea non sint. Unde & multis in locis non dantur. Perez. *C. eod. n. ult.* Nec movet. *l. 14. §. 4. verb. vestem collocandam. ff. eod. ibi enim vestis illa, quâ defuncti corpus contegitur, intelligitur, quæ sicut ad funus necessaria omnino est; ita & privilegio hoc comprehendi eam nemo negat.* Joh. Garzia, *tr. d. expens. c. 8. n. 17.* Perez. *d. l. Dn. Carpz. Const. 28. p. 1. def. 41. n. 3.* Verum utut de Jure Civ. negare illud absurdum fortè non sit: cùm

cum tamen in foro Saxonico consuetudo permittat illud, si defuncti nempe facultates ferant aut dignitas ejus id jubeat, hinc vestes illas sub impensis funebribus contineri asserere non veremur. Magnif. Dn. Richt. l. d. Dn. Hahn. ad Wesenb. d. relig. n. 6. ne modicus sumtus in defuncti contumeliam factus videatur, l. 14. §. 6. 10. ff. d. religios. Quam ob rationem & referendæ huc sunt fasciæ illæ sericæ & Pepla, Frauer & Schleyer und Winden/ quæ cognatis proximis, it. funus portantibus aut comitantibus aliquando dari solent.

§. 20. Sed num impensæ in convivia post exequias institui quandoque solita erogata privilegio hoc repeti possint, non adeo clarum est. Certè enim voluptuarii potius, quam necessarii sumtus illi videntur, l. 14. §. 6. ff. d. religios. Kirchn. lib. 4. d. funer. Rom. c. 4. unde & epulandi hanc consuetudinem circa luctus perquam multos Judæorum ad inopiam olim redegerit testatur Joseph. l. 2. d. bell. Judaic. Stuck. lib. 1. antiqu. conv. c. 25. Quid? quòd convivari, ubi luctus agitur, flagellò potius coercendù, quam privilegio donandum sit. Quòd egregie B. August. l. 1. d. morib. Eccles. Carhol. c. 34. notans, gravissimè scribit, quòd quidam super mortuos luxuriosè biberint, imò & ipsis cadaveribus epulas exhibuerint, easque voracitates & ebrietates pro religione insuper habuerint. Verùm enim verò inebriantur hic, qui pietatem negligunt: baccentur, qui Deum nesciunt! Nos nec utile per inutile vitiaverimus, l. 1. §. 5. ff. d. V. O. nec horum gratiâ convivia, quibus post exequias convenire amici, solatio piò sese invicem erigere, & de rebus divinis sermonem sociare, solent, à nobis exulare hinc jufferimus. Unde si loci consuetudo & defuncti dignitas & facultates ejus convivia talia requirant, impensas in ea non minus quàm reliquos sumtus ante omne creditum exsolvendas esse dicimus. Magnif. Dn. Richter. d. priv. cred. c. 2. m. 4. Dan. Moll. Const. 28. p. 1. n. 9. Dn. Carpz. ibid. def. 41. n. 4. Berlich. l. d. n. 90. Quòd ipsum Constit. d. 28. p. 1. propter generalia ejus verba convenit: Was auff des Verstorbenen Begräbniß auffgewandt. Quòd si verò nec loci consuetudo, nec defuncti dignitas, nec facultates ejus convivia ejusmodi requirant, tanquam necessarios sumtus privilegio hoc re-

peti



peti posse negamus utique per l. 14. §. 10. ff. d. religios. cum Nob.  
Dn. Hahn. ad Wesenb. d. religios. n. 6. Vid. eund. d. priv. credit. n. 4.  
Dn. Carpz. d. defm. 41.

§. 21. Pro repetendis sumtibus ejusmodi prodita est fune-  
reraria actio, l. 12. §. 2. ff. d. religios. ex æquo & bono, l. 14. §. 6.  
ff. eod. & datur ei, qui funeris causa sumtus fecit contra eum, ad  
quem res ea pertinet, d. l. 12. Qui enim sumtus in funus erogat,  
cum defuncto contrahere, l. 1. ff. eod. & quasi negotium ejus ge-  
rere videtur, l. 14. §. 11. ff. eod. Wesenbec. ff. h. n. 6. Perez. in C. h.  
n. 12. Unde optimò jure vel ex defuncti bonis vel ab hæredi-  
bus defunctum repræsentantibus factos sumtus repetit. Wesenb.  
l. d. quod & legatario permittitur, quia non remunerandi ani-  
mo sumtus erogasse præsumitur, l. f. §. f. ff. eod. l. 3. C. eod. ibiq.  
Sichard. Perez. l. d. n. 18. Et quanquam Prætoria hæc sit actio  
l. 12. §. 2. ff. eod. quæ annuæ plerunque esse solent, pr. I. d. perp.  
& temp. action. ibiq. Borch. n. 4. in perpetuum tamen extendi-  
tur, & hæredi inq; hæredes datur. l. 31. §. 2. ff. d. religios. Add. l. 35. ff.  
d. O. & A. l. 21. §. 1. ff. q. met. caus.

§. 22. Notandum tamen, cum actio hæc à Prætorè sup-  
plendi Juris civilis gratiâ l. 7. §. 1. ff. d. 7. & 7. tanquam singula-  
ris negotiorum gestorum species in subsidium introducta sit,  
quòd quoties aliam de sumtibus funeris consequendis actionem  
habere possis, funerariâ hæc agere tibi non liceat, l. 74. §. 2. 12. 15.  
ff. d. religios. Nobil. Dn. Struy. Ex. 15. th. 85. Tholosan. lib. 29. c.  
16. n. 3. Unde tamen non ita concludendum erit, quòd nunquam  
ad funerariam hanc devenire liceat, quòd semper gest. negot.  
actio contra hæredem competat. Resp. enim neg. actionem  
negotiorum gestorum hoc casu competere; quia qui defuncti  
funus procurat, non hæredis negotia gerendi aut contrahendi  
cum eo animum habet, quia is tum hereditatem nondum adiit,  
l. 3. §. 6. ff. d. neg. gest. sed cum defuncto, i. e. ut ex bonis ejus re-  
cipiat, quòd impendit negotiorum gestor. d. l. 3. §. 6. l. 21. §. 1. ff.  
d. negot. gest. Zoes. d. religios. n. 10. Tholosan. l. 2. c. 14. n. 3. Qua-  
cunque tamen actione quis egerit, prælationis hoc privilegium  
competere ei verius erit, per l. 17. pr. ff. d. reb. aur. jud. poss.

§. 23. Exeritur actione hac omnis, qui in defuncti fu-  
nus

nus impensas erogaverit, *l. 12. §. 2. l. 14. §. 7. ff. b.* modò repetendi animo eas fecerit, *d. l. 14. §. l. 13. C. d. negot. gest.* quòd si enim pietatis solius & misericordiæ gratiâ eas impenderit, repetendi facultatem non habebit. Magnif. Dn. Richt. *l. d. Dn. Hahn. ad Wes. d. relig. n. 6.* Nob. Dn. Struv. *Exer. 15. th. 86.* Perez. *in C. b. n. 19.* Dicitur solius pietatis gratiâ: potest enim distingui pietatis modus, ut in hoc pius quis fuerit, ut sepeliret eum, quis enim sine pietatis intentione alienum cadaver funerat? non etiam, ut suo sumtu funeraret. Hoc enim si liqueat Judici, conventum absolvere non debet, *l. 14. §. 7. ff. b.* Imò & pro parte quis pietatis tantum gratia sumtus facere, pro parte verò qs. negotium defuncti gerere, adeoque pro parte donare sumtus, pro parte repetere potest. *l. 14. §. 9. ff. b.* Cùm itaque in dubio Judicis id relinquatur arbitrio, protestari erogantem oportet, quò animò sumtus faciat, ne quæstionem postea patiatur, *d. l. 14. §. 7. 9. 13. ff. b.* Quin imò protestatione quoque opus est hæredibus, v. g. filiis aut aliis, qui hæredes fieri possunt, se pietatis gratiâ sumtus erogare, ne per hoc vel miscuisse se, vel pro hærede gessisse videantur, *l. 4. ff. b. l. 20. §. 1. ff. d. acq. vel amitt. her. l. 14. §. 8. ff. d. religios.*

#### CAP. VI.

##### *De Juribus loci, in quem inferuntur funera.*

##### §. 1.

**D**Iu in consideratione funerum substitimus. Exspatiabimur tandem ad loca, in quæ inferri solent cadavera, penitus aliquantò perlustraturi; ea. Locum autem ejusmodi sepulchrû dici & iis notû est, qui vix dum Latina viderunt, quòd seorsum sc. sit à pulchro, ut alludunt quidam, ob fœtorem, qui illò concluditur. Tholof. *l. 33. c. 23. n. 3.* Idem monumentum vocatur *l. 2. §. 6. l. 6. §. 1. l. 37. §. 1. ff. b.* Conditoria dixit Senec. *epist. 60.* Sedes Virgil. *6. Aneid. l. 40. ff. d. religios.* domus defunctorum Constantin. *Imp. l. 4. C. d. sep. viol. stabula cadaverum Tertull. d. resurr. carn. c. 37. & Sarcophagi dicuntur, l. 18. §. 4. ff. d. alim. legat. l. 37. ff. b.* Vid. Plin. *lib. 37. c. 17.*

§. 2. Sepulcra olim pro defunctorum dignitate & facultati-

779 13  
9

ratibus vel pretiosiora vel villiora erant. Kirchn. *lib. 3. c. 15.* Sumptuum tamen in ædificandis iis modum constituit L. XII. Tab. Cic. 2. d. LL. Sicut & Ægyptii non nisi talentum in sumtuosa sepulchra impendere permittebant, Diodor. Sic. *lib. 2. c. 5.* Vide eleganter & latè Kirchn. *lib. 3. d. fun. Rom. c. 11. 12. seqq.* Erant sepulchra vel singularia seu priva, vel communia: & hæc quidem vel hæreditaria vel familiaria. Hæc sunt, quæ quis sibi familiæque constituit, l. 5. ff. b. & jus eorum ad omnes, qui de eadem familiâ sunt, transit, etiam si hæredes non sint, & ad hæredes omnes, etiam si sint extranei, l. 8. l. 13. C. b. Perez. *cod. n. 7. Besold. th. pr. v. Gräber.* Non tamen ad fideicommissarios pertinet, l. 42. §. 1. l. 55. §. 2. ff. ad Sc. Trebell. Nobil. Dn. Struv. *Ex. 15. th. 69. Tholof. l. 42. c. 29. n. 18. Knipschilt. d. fideicom. c. 10. n. 118.* Hæreditaria sepulchra sunt, quæ sibi hæredibusque suis quis constituit aut quæ jure hæreditario patris sibi acquisivit, l. 5. l. 6. ff. d. religios. Et in iis hæredibus omnibus sepeliri licet, & mortuum inferre, d. l. 6. & ad suum hæredem abstinentem quoque pertinent, imò & exhæredatum, sed tamen humanitatis tantum gratiâ, d. l. 6. Perez. *in C. b. n. 7.*

§. 3. Locum religiosum quisque propriâ autoritate facit, §. 9. l. d. R. D. l. 6. §. 4. ff. *cod. l. 5. §. 8. ff. d. donat. inter. vir. & ux.* si mortuum (s. liber s. servus fuerit, l. 2. pr. ff. b.) inferat, modò sepulturæ gratiâ, ut qs. æternam ei sedem ibi det, id fiat, l. 40. ff. b. Borcholt. *ad §. 9. l. d. R. D. Zœl. ff. d. religios. nu. 1.* & locus inferentis sit, nec servitutum debeat, d. §. 9. l. d. R. D. l. 6. §. 4. ff. *cod.* In alienum enim inferre ei non licet, nisi dominus vel ratam postea illationem habuerit, d. §. 9. l. 60. ff. d. R. J. l. 15. §. 1. ff. d. pign. & hypoth. vel ab initio consenserit, d. §. 9. l. 6. d. R. D. l. 41. ff. b. l. 2. C. *cod.* etiam si reclamet postea, arg. l. 75. ff. d. R. J. c. 21. d. R. J. in 6. Perez. *qv. Imper. d. R. D. Dn. Ludw. ad §. 9. l. d. R. D. Zœl. l. d. n. 2.* Nec in locum, qui servitutum debet, invito eò, cui debetur, inferre mortuum quis potest, l. 2. §. 1. 7. ff. b. l. 15. §. 6. 7. l. 16. ff. d. usufruct. Borcholt. *l. d. n. 3.* Perez. *l. d. n. 1.* nisi proprietarius testatorem, qui usufructum legavit, in fundum inferat, maxime si alibi tam opportunè id fieri nequeat, l. 2. §. 7. ff. b. l. 17. pr. ff. d. usufr. fructuario tamen in hæredem infe-

G . rec-

41

rentem datur tunc actio ad recipiendum id, quod propter illationem minutus est usufructus, *l. f. pr. ff. b.* Consentiente autem fructuario, quanquam servitutem imponere fundo proprietarius nequeat, *l. 15. §. 7. ff. d. usufr.* Dn. Struv. *Ex. 12. tb. 21.* propter religionis tamen favorem religiosum eum facere potest. *l. 17. pr. ff. d. usufr. l. 2. §. 7. §. 1. 43. ff. b.*

§. 4. In communem locum purum, invitis sociis, inferre extraneum non licet, *l. 2. §. 1. l. 41. ff. b. l. 6. §. 6. ff. comm. divid. Nobil. Strauch. diff. 6. tb. 7.* Dn. Ludw. *l. d. Sutholt. diff. 4. tb. 10.* quoniam in re pari potior causa est prohibentis, *l. 28. ff. comm. div. l. 11. ff. si servit. vind.* Wesenb. *ad §. 9. I. d. R. D. n. 2.* At dominus vel socius, invitis reliquis inferri potest, maxime si aptior locus alius non sit, *l. 41. ff. b. Borcholt. Perez. Zocf. Ludw. l. d. propter summum sc. religionis favorem l. 43. ff. b.* Imò si commune sepulcrum sit, inferre licet invitis reliquis non dominum solum, sed extraneum etiam, *§. 9. I. d. R. D. ibiq. gl. Pac. Bachov. Dn. Ludw. quia communi re ad eum usum, ad quem destinata est, uti licet, l. 6. §. 6. ff. comm. divid. l. 12. §. 1. ff. d. usufruct.* Wesenb. *l. d. n. 3. Add. l. 24. §. 12. l. 26. ff. d. damn. inf. l. 55. ff. d. R. 7.*

§. 5. Qui locum proprium non habet, ab alio locum ad inferendum mortuum emere potest, *l. 9. l. 14. §. 3. ff. b. imò & locus purus ad hoc legari alteri potest, l. 4. verb. legatum locum. ff. b. & quanquam religiosus locus nequeat, jus tamen inferendi in eum legare nemo prohibetur, l. 14. C. d. legat. Quin & sepultura causa marito ab uxore, vel contra, locus donari potest, l. 5. §. 8. ff. d. donat. int. vir. & ux. nihil obstante, quòd donationes inter eos sint prohibita, ne sc. amor venalis sit, l. 1. l. 2. l. 3. l. 9. §. f. l. 10. ff. eod. Subsistere enim solet donatio hæc, cum religionis causa fiat Scip. Gentil. *d. donat. int. vir. & ux. lib. 2. c. 7. & maritus aut uxor ex eà locupletior non fiat, arg. l. 3. §. 8. ff. eod.* Wesenb. *par. ff. eod. ibiq. Dn. Hahn. n. 4. Perez. in C. d. donat. int. vir. n. 7.**

§. 6. Non tamen totus fundus, in quem inferitur mortuus, sed illa tantum portio, in quam mortui ossa illata sunt, religiosa fit, *l. 2. §. 5. ff. b. l. 4. l. 9. C. eod.* Quam ob causam ut sci-

780 f3  
9

sciri posset, quousque religiosum loci spatium sese extenderet, quidque puri loci relinqueretur, designebatur ita regio: IN FRONTE PEDES TOT, IN AGRUM PEDES TOT; ubi verb. in fronte, latitudinem: in agrum longitudinem significare docent Interpp. Add. text. apud Horat. lib. 1. Serm. sat. 8. v. 12. ibiq. Lamb. not. Kirchm. lib. 3. c. 21. Nec cum in diversis locis sepulchrum est, uterque locus, sed ille tantum religiosus sit, in quo quod principale est, h. e. caput, conditum. l. 44. pr. ff. b. l. 17. C. d. pen. Nob. Struv. Ex. 15. th. 70. Nob. Strauch. diff. 6. th. 7. Schneidev. ad §. 9. l. d. R. D. n. 7. Kirchm. l. d.

§. 7. Jam de cenotaphiis eorundemque religione quid affirmandum sit, facile credo, cuivis obviam erit. Sunt verò cenotaphia sepulchra honoris causâ facta, quibus corpora defunctorum vel alibi sepulchrorum vel non inventorum s. absentium illata non sunt. Nobil. Dn. Struv. Ex. 15. th. 69. id quod & nomen indicat: unde inania sepulchra Ovid. l. 6. Metam. inania busta & vacua sepulchra Statius lib. 12. Theb. & honorarios tumulos Sveronius in Claudio illa appellat. De hisce an religiosa sint multis abhinc annis disputata controversia est. Martianus affirmavit. l. 6. §. f. ff. d. R. D. at Divi Fratres negârunt, l. 7. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. b. Quos dissentientes componere audens Kirchmann. lib. 3. c. 27. Divos Fratres de eò cenotaphiò, quod ad nudam tantum memoriam peregrè sepulti exstructum sit, loqui; Martianum verò illud intelligere dicit, quod sepulchri religione colatur, ubique aræ sint excitatæ manesque vocati; & hoc religiosum; illud minimè esse asserit. Verùm an commodè ira satis, equidem dubito. Esto enim aras ad cenotaphia exstructas esse sexcentas! Illa tamen quomodo religionem loco superinducere possint, equidem non video, quippe cum nihilominus tum mortui corpus absit, cujus solius, non ψυχαστασίας aut ararum gratia, religionem talem introductam esse & dictum & ipsi Kirchmanno probatum est: ob rationem se. ne corpus sepulti quocunque modo inquietetur, quod fieri utique liceret, si locus in dominio esse pergeret, cum

G 2 quid-

41

quidlibet in suo cuius facere liceat, l. 21. C. mandat. etiam cum damno alterius, l. 26. ff. d. damn. infect. Cessante autem ratione hac juris, ut cessat certè in cenotaphiis, ecquis & ipsum jus cessare negaverit? l. 6. §. 2 ff. d. jur. parron. Tiraquell. in regul. cessante caus. n. 130. Everth. in loc. à cessat. int. n. 2. Et insuper non ceremoniarum, sed corporis humani gratia religionem inductam esse, ex eò claret, quòd si legitime transferatur corpus è loco, locus ille religiosus esse definat, l. 44. §. 1. ff. d. religios. Manet itaque religione tali cenotaphia ejusmodi carere. Magnif. Dn. Struv. Ex. 15. th. 69. Nob. Strauch. l. d. Alciat. l. 10. parerg. c. 12. Brisson. select. antiq. l. 2. c. 15. Tholosan, l. 33. c. 23. n. 2. Scotan. Ex. Jur. d. R. D.

§. 8. Nostri moribus non privato in loco sepultura conceditur, ad eò, ut qui in locum ejusmodi mortuum inferat, pœnæ justissimè subjiciatur; quomodo & An. 1626. M. August. mulieri cuidam, quòd filium in horto suum clam sepelivisset, pœnam 50. aureorum à Coll. Jurid. Jen. dictatam fuisse referit. Magnif. Dn. Richter. d. privil. cred. c. 2. m. 4. n. 5. Sed locis publicis hodiè utimur, quæ κοιμητήρια, qs. dormitoria, Christiano nomine appellamus, quòd propter resurrectionis spem mortuos in Domino ibi dormire sciamus, c. 7. c. 12. q. 2. c. qui divina. c. utriusque. caus. 13. q. 2. c. 1. c. 13. q. 1. Add. Deuter. 31, 16. 1. Reg. 2, 10. Es. 56, 14. Matth. 9, 24. Job. 11. 11. & passim. Et horum constitutio ex CC. summo competit Pontifici, & consecratio eorum fieri apud Pontificios solet. c. 7. c. fin. d. sepult. c. un. extr. d. relig. dormib. Zoes. ff. d. religios. n. 6. Schneidew. ad §. 9. I. d. R. D. num. 5. Sithm. N. J. C. d. R. D. ut arceantur nempe ita Spiritus immundi & dæmones, quos corpora mortuorum frequentare credunt, arg. Matth. 8, 28. Vid. Francisc. Venet. tom. 2. probl. sacra Script. f. 2. probl. 79. Tholof. l. 2. c. 13. n. 2. Unde apud eos non religiosa solum, sed sacra quoque sunt cœmeteria. Nobil. Dn. Struv. Ex. 3. th. 72. Tholof. l. 1. c. 14. n. 5. Add. B. Dn. D. Gerhard. LL. Theol. loc. d. morte §. 81. Apud nostros Politicum potius jus censetur constituere cœmeteria, nec consecrantur, sed autoritate Superioris per Magistratum ejus Ecclesiasticum constituuntur, & de iis disponitur. Dn. Struv. d. l. Besold, thes. pr. voc. Begräbnis. §. 9, Con-

781 f3  
9  
§. 9. Constituuntur ea non extra solum, sed intra quoque urbis moenia (quod ultimum olim non licebat, l. 3. §. 5. ff. d. sepulc. viol. Wefenb. par. ff. eod. n. 3. Perez. d. relig. n. 2. Schneidew. ad §. 1. d. interd. n. 3. & latè Kirchm. lib. 2. c. 20. seqq. Tholof. l. 33. c. 23. n. 7.) imò plerisque in locis regio templis proxima mortuorum sepulturæ addicta est, ut scilicet cognati, quoties ad sacra templa veniant, suorum recordati, c. 17. c. 13. q. 2. & sepulcra eorum amplexari in illaque lacrymas profundere possint. Nov. Leon. 53. Et in ipsis quoque ædibus sacris sepulturæ locus quibusdam, modò absit superstitio, conceditur. Schneidew. §. 9. l. d. interd. n. 9. Unde & templum quandoque pro sepulchro accipi solet. Læl. Biscol. hor. success. t. 2. lib. 14. c. 7. Besold. v. Kircken. Sed tamen rarius hoc permitti & debet & solet; cum ne aer in templis, conclusus præsertim, vaporibus è sepulcris exhalantibus, vitietur, metuendum sit. Halitus enim tantò copiosiores exhalant, quantò locus est conclusior obque frequentiam hominum tepidior. Ne dicam de arenâ s. fabulo & terrâ, in quâ plura mortuorum cadavera computruerunt, & quæ in templis solet plurimis annis retineri, quàm nempe tota ea imbuta sit materia, non tantùm foetida, sed etiam venenata qs, quam materiam ad vivos exhalare necesse est, quando sepulcris apertis fabriculum istud moveatur & effoditur. Keckerman. fyss. Pol. l. 1. c. 13. Unde laudanda est cõsuetudo Rerump. Argentin. Noriberg. &c. in quibus rarò singulari Senatûs indultu mortuorum sepultura in templis conceditur. Dn. Egid. Strauch. diff. d. ant. fun. ritu. c. 2. §. 5. in fin. Add. Dietherr. ad Besold. v. Gräber.

§. 10. Non verò eò prolabimur dementiæ, ut in templis sepulturam idèò apperendam dicamus, ut precibus, quæ in templis fiunt, sepulti ibi melius adjuvari possimus: id quod imperiæ plebi suæ persuadere Pontificii conantur, c. 20. c. 13. q. 2. c. 23. can. 19. caus. 13. q. 2. cap. 3. d. sepulc. Tholof. l. 2. c. 14. n. 9. Perez. in C. d. relig. n. 3. cum ut ineptam suam de purgatorio fabulam stabilire, tum ut pecunia, quàm nunquam non sitiunt, crumenas suas referre queant; quo sine & oblationes & eleemosynas pro sepultis offerendas præcipiunt. c. 12. v. mortuorum. c. 23. caus. 13. q. 2. c. 69. d. consecr. dist. 1. Rectius nobis constat, quòd ubicun-

G 3

41

que sepeliatur, Domini sit terra & plenitudo ejus, & omnino fiat; quod oportet fieri, ut loquitur Chrysoft. hom. 26. in epist. ad Hebr. c. 21. can. 26. caus. 13. qv. 2. Quid quod omnes ferè pios in campo elegisse sepulturam sibi notum sit. Ut adeo in templis superstitiosè inhiare eam causa non sit. Nec ad hoc adduci possumus, ut superstitum preces sepultis nobis prodesse aliquid credamus: quod si enim beati hinc discesserimus preces aliorum nunquam expetiverimus; sin damnati, juvari iisdem nequiverimus. Zach. Herm. LL. Theol. d. invoc. relig. aph. 9. Ut enim quisque ceciderit semel, manebit. Eccles. 9, 5. c. 11, 3. Matth. 5, 26. c. 25, 10. seqq. Job. 9, 4. Gal. 6, 8. 10. 2. Tim. 4, 7. Nec ex Orci faucibus quis alium eripere poterit, Ps. 49, 8. Sicut & justus ex sua non aliorum fide vitam habebit Hab. 2, 4. Rom. 1, 17. Gal. 3, 1. Hebr. 10, 18. Sed ne extra oleas!

§. II. Gaudent Cœmeteria suis quoque privilegiis & immunitatibus, t. t. Decretal. d. immunit. Eccl. & cœmet. ibique Pannorm. Dn. Ungep. n. 4. Boër. decis. 215. n. 6. & contigua Ecclesiæ judicantur instar ecclesiæ. Mastrill. decis. 22. n. 5. gaudentque ecclesiasticâ immunitate Borell. rit. 3. n. 41. Besold. v. Kirchhoff. Unde & asyla constituta sunt cœmeteria, quia & ecclesiæ eodem privilegio sunt donatæ, §. 2 l. d. bis q. sui vel al. jur. t. t. C. d. bis q. ad eccles. Daher auch die Kirchhöffe Freyheit-Höffe genennet werden/ weil bey und in den Kirchen eine Freyheit ist. Besold. ib. pr. v. Freyheit.

§. 12. Nec ratione terræ in quâ sepeliendus defunctus est, pretii aliquid exigere licet, c. 12. c. 13. c. 14. caus. 13. q. 2. cap. 13. d. sepult. Quod si tamen proximi defuncti gratis aliquid dare velint, aut ille qui sepeliendus est, ecclesiæ aliquid tribuere jufferit, accipi illud potest. c. 14. c. 15. c. 13. q. 2. Schneid. § 9 l. d. R. D. n. ult. Tholosan. lib. 2. c. 13. n. 5. Et usu hoc obrinet in publicis cœmeteriorum locis; nullum enim turpius est lucrum, quàm quod ex venundatione sepulcrorum colligitur. Warem. ab Ehrenberg. d. oner. sub. c. 5. n. 65. Dn. Carpz. d. L. Reg. c. 8. §. 2. n. 17. Klock. d. anario. l. 2. c. 148. n. 12. Benè tamen pro sepultura in ædibus sacris concessâ, vel ratione sepulchrorum familiarium aut hæreditariorum in cœmeteriis honorarium aliquod in

cc-





782 f3  
9  
ecclesie utilitatem vertendum licite exigi monet *sepe laudatus*  
Dn. Struv. *Exer. 15. 1b. 61.* Tholof. *l. d.* Inò & quibusdam in-  
locis sine pretio certo in cœmeteriis, nedum in templis sepultu-  
ræ locum non concedi novimus; die Begräbnüssen werden auff  
gemeinen Kirchen und Gottesäckern ohne Erlegung eines gewis-  
sen Geldes nicht bewilliget/ bey diesem Herkommen ist es billich zu  
lassen. Zorer. *p. 2. q. 25. n. 6031.* Dieth. *addit. ad Besold. v. Kirch-*  
*hoff.* Et permitti hoc solet, quod sacrum ærarium ita dicitur,  
quod ad pios usus, & præsertim ad pauperes alendos in Republ.  
haberi debet: quam ob causam & alii modi pecuniam colligen-  
gi absque delicto & Simoniâ permittuntur, v. g. diebus domi-  
nicis, da die Almosensbüchsen vor die Kirchen gesetzt werden ic.  
Besold. *thes. pr. voc. Armkast.*

S. 13. Nec ratione officii pro exequiis quicquam extor-  
quere CC. permittunt Clericis. *c. 42. d. simoniâ. c. 99. q. 1. c. 1. c. 10.*  
*c. 1. q. 3. B. Dn. Ungep. d. sepult. n. 19.* Besold. *v. Begräbnüß.* Un-  
de Alphonsus, Rex Neapolitanorum, cum paupercula quædam  
vidua conquesta ipsi esset, quod Sacerdos virum ejus mortuum,  
nisi certâ pecuniâ solutâ sepelire noller, irâ commotus Sacerdo-  
tem vocavit, & cum factum negare non posset, sepulchrum ei  
fieri mandavit, inque illud descendere eum, terramque effossam,  
ita, ut terrâ ad femora usque circumfunderetur, injici iussit, &  
postquam per biduum ita steterat, dimisit, utque humanius im-  
posterum cum defunctis sepulturaque ageret, præcepit. Carpz.  
*d. L. Reg. c. 8. f. 2. n. 18.* Schneidew. *d. l.* Laudabiles tamen con-  
suetudines circa hoc immutandæ non sunt; nec ferendi sunt  
laici, qui laudabilem consuetudinem erga sanctam ecclesiam  
piâ devotione fidelium introductam sub prætextu canonica  
pietatis infringere nituntur. *d. cap. 42.*

S. 14. Cæterum Jure Canon. in cuiusque voluntate con-  
sistit, quò velit locò sepulturam sibi eligere. *cap. 1. ibiq. gl. c. 10.*  
*d. sepult. c. 2. S. f. eod. in 6. c. 4. c. 13. q. 2.* ita ut mutare volunta-  
tem ad supremum usque vitæ halitum possit *c. 1. d. sepult. in 6.* &  
licet promiserit quis vel juramento aliquibus sese astrinxe-  
rit, apud eos sepulturam se electurum, aut electam non mutatu-  
rum esse, pactum tamen illud vel juramentum nullum est, *d. c. 1.*  
*ibiq.*

*ibid. gl. d. sepult. in 6. nisi nulla causa mutandi sit. c. si verò. d. jur. rejur. Quin & in minus religiosò loco sepultura electa permittitur, c. 2. §. f. d. sepult. in 6. modò id malitosè non fiat. cap. 3. ext. d. sepult. In ecclesia tamen vel cœmeterio interdichò sepulturam eligere nemo potest. c. si ecclesia. d. privileg. in 6.*

§. 15. Et filiusfam. si pubes sit, absque patris consensu sepulturam eligendi potestatem habet *c. 4. d. sepult. in 6.* modò ne ex temeritatis superbià antiquorum parentum usum relinquat, *arg. c. 7. c. 13. q. 2.* In spiritualibus enim & sacris patris consensus non attenditur, *c. 3. d. judic. in 6.* Atqui sepultura res sacra est, *c. 12. c. 13. q. 2. E. &c.* Inspicienda tamen cujusque loci est consuetudo. *c. 3. d. sepult.* At si impubes filiusf. sit, eligere sibi sepulturam nequit: sed tamen pater eligere illi eam potest, siquidem loci consuetudo id ferat. *cap. 7. vers. utrum. d. sepult. c. 4. eod. in 6.* Sin minus, apud Majores tuos vel in ecclesià parœciali is tumulandus est, *d. cap. 4. d. sepult. in 6.* Et uxor etiam eligere sibi sepulturam potest: nulla enim super hoc inter virum & uxorem facienda distinctio; sed utrique æqualis est facultas, cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier solvitur à lege viri. *c. 7. d. sepult. ibid. Dn. Ungep. n. 12. Vigel. l. 4. met. Jur. Can. c. 9. n. 2. reg. 1. Schönborn. l. 4. Pol. c. 5.*

§. 15. At si corpori suo hospitium quis ipse non invenit, in sepulchro Majorum suorum aut ecclesià parœciali sepeliri debet. *c. 1. d. sepult. ibid. Dn. Ungep. n. 13. c. 3. c. 4. eod. in 6.* Majorum autem appellatio strictè h. l. accipienda est ex mente B. Ungep. *l. d. quatenus complectitur nempe superiores, ultra tritavum; cum usque ad hunc parentes appellentur, l. 4. §. 2. ff. d. in jus voc. l. 10. §. 7. ff. d. gradib. & affin.* Quòd si tamen in una ecclesiarum sepultus sit pater, avus &c. filius in eadem quoq; sepeliendus erit, etiamsi non sit ejus hæres, *c. Ebron. c. 13. q. 2.* quia major est dilectio inter filium & patrem avumque, quàm inter eum & superiores. Unjo autem sepulturæ procedit ex quadam charitate, quæ fuit inter vivos. *c. 1. c. 13. q. 1. c. 3. c. 13. q. 2. gl. ad c. 15. verb. ab antiq. d. sepult. in 6.* Uxor, quæ ipsa sepulturæ locum sibi non elegit, in mariti sui sepulcro sepelienda erit, *c. 3. c. 13. q. 2.* unaquæque enim mulier virum suum sequi tenetur. *f. in vita*

783 f3  
9

in vita ſ. in morte, & quorum mens una ſemper fuit in Domino, eorum corpora nec ſepultura ſeparabit. *d. c. 3. corporis enim, mariti quadam pars eſt uxor, c. 8. c. 33. q. 2.* Sed quid, ſi plures ſucceſſivè maritos habuerit? Tunc cum ultimo ſepelienda erit; hujus enim domicilium & honorem retinet. *cap. 15. d. ſepult. Tholoſ. l. 2. c. 13. n. 8.* At quid ſi ad patris domum poſt mortem mariti reverſa uxor fuerit? Nihilominus in ſepulchro ejus ſepeliri debet: privilegia enim non conferuntur loco, ſed perſonæ, nec in ſepultura ad habitationis locum reſpectus haberi debet. *Abb. ad cap. 7. d. ſepult. n. 6. Dn. Ungep. d. ſepult. n. 14.*

§. 17. Sed revertimur ad religioſa Veterum loca. Religioſus autem locus in bonis hominum eſſe deſinit & nullius eſſe incipit, §. 7. *I. d. R. D. l. 6. §. 2. ff. eod. l. 4. pr. ff. d. agv. pluv.* cum tunc divini juris ſit: quod autem divini juris eſt, id nullius in bonis eſt. *d. §. 9. §. 1. 6. §. 2. ff. d. R. D.* unde & à relinquendo religioſus dictus eſt, quòd propter ſanctitatem quandam ab uſu hominum relictus & remotus ſit. *Dn. Ludwel. Borcholt. Schneidew. ad d. §. 9. Zaſ. in l. 2. §. quæd. ff. d. interdict. Gell. lib. 4. N. A. c. 9.* Monendum tamen hic *ex Nobiliſſ. arg. Excellentiſſ. Dn. Præſide, ꝑ Cto famigeratiſſ. P. P. celeberr. Dn. Præceptore ac Promotore meo perpetuum devenerando, nos. ad Sutbolt. diſſ. 4. aþhor. 6.* locum ejusmodi dupliciter conſiderari poſſe: vel in ſe, vel ratione juris ſepeliendi. Priori modo nullius in bonis eſt, nim. quoad proprietatem, *l. 8. l. 38. l. 44. §. 1. ff. d. religioſ.* Poſteriori verò modò & juris ſepeliendi reſpectu, & quatenus vel uni vel pluribus vel toti etiam familiæ jus inferendi in commu- ne ſepulchrum quæſitum eſt, privati quodammodo juris eſſe creditur, *arg. l. 2. §. 2. ff. d. interdict.*

§. 18. Quanquam itaque religioſa ejusmodi loca in dominio noſtro non ſunt, per actionem tamen in factum adjectâ cauſâ, vindicari poſſunt, non quaſi noſtri ſint patrimonii, ſed qſ. nobis aut familiæ noſtræ addicta, *arg. l. 21. C. d. SS. Eccleſ.* Magnif. *Dn. Struv. Exer. 45. tb. 8. Borch. ad pr. l. d. interd. n. 12. Perez. in C. d. religioſ. n. 1.* Cum enim de locis ejusmodi rei vindicatio non daretur, *l. 23. §. 1. ff. R. V.* quippe quæ dominium rei petitiæ præſupponeret, *d. l. 23. pr. l. 9. ff. eod. l. 2. C. eod. & verò*

H  
Ci

H

Civili Jure actio alia non suppeteret, cum ita prodita essent actiones, ut dominium quis suum vindicaret, §. 4. *l. d. action. durum* autem esset, eò casu, quò in religioſæ rei jure quis turbaretur, actionem deficere, *d. §. 4.* hinc inventa à Prætorè, quippe qui J. Civilis supplendi gratia constitutus esset, *l. 7. l. 8. ff. d. J. & J.* sunt actiones, quibus quis contra eum, qui in loco religioſo injustè quid facit vel jure facientem injustè prohibet, agere possit.

§. 19. Prior actio, quam circa rem hanc introduxit Prætor, de mortuo est inferendo, & ei competit, in cujus locum purum vel sepulcrum illicitè mortuus illatus fuerit. *l. 1. §. 1. ff. d. relig.* quamvis enim illatione ista religioſus locus non fiat, nec justu sepulcrum, *l. 43. ff. b.* corpus tamen injustè illatum proprio ausu effodere nequit, *l. 8. pr. l. 39. ff. b.* ut contra faciens injuriarum actione teneatur, *d. l. 8.* Opus itaque actione hac habet dominus, quâ contra inferentem experiatur. Dn. Struv. *Exerc. 15. thes. 78. Wesenb. ff. d. religioſ. n. 4.* Et datur hæredi etiam, *l. 7. pr. l. 31. §. f. ff. b.* & illi, qui usumfr. vel aliam servitutem fundi habet, *l. 2. §. 7. 8. l. 8. §. 4. ff. b.* Et proprietario quoque contra usufructuarium, *l. 2. §. 1. b.* Et illi datur, cui religioſus locus pro puro venditus, si venditor in istam inferre velit, *l. 8. §. 1. ff. b.* Nobil. Struv. *Ex. d. th. 76.* Bonæ fidei possessori autem cum edicti verba domino, non ei, actionem tribuant, directa actio non competit, utilis tamen deneganda ei non est. *l. 2. §. 1. ff. b.* Is verò qui pignori habet fundum, actione hac contra dominum agere nequit. *l. 2. §. 9. l. 10. ff. b.*

§. 20. Datur contra eum, qui in locum illicitè mortuum infert, *l. 2. §. 1. 2. ff. b.* & hæredes ejus, *l. 7. pr. l. 9. ff. b.* est enim ex delicto rei persecutoria, *arg. l. 7. pr. l. 2. §. 1. l. 8. §. 2. ff. b.* Wesenb. *par. ff. eod. n. 4.* quæ adversus hæredes datur, in quantum ad eos pervenit, *l. 4. §. 5. ff. d. alien. jud. mut. c. f. l. 1. §. f. l. 3. pr. ff. d. vi & vi arm. l. 9. l. 17. l. 26. ff. d. dolo. l. 44. ff. d. R. J.* Et quanquam ex facto hoc testatoris nihil commodi pervenisse ad hæredem videatur, cum religioſus ille locus in hæredis potestatem non pervenerit; quia tamen locus ille in quem inferendus regulariter fuisset mortuus, purus transit ad hæredem, cum in alium ille sit illa-

189 <sup>f3</sup>  
9  
illatus, hinc merito locupletior factus adeoque actione hac teneri dicitur, *l. 7. pr. l. 9. ff. b. Magnif. Dn. Struv. d. l. eb. 77.* Et datur actio ad hoc, ut aut tollatur mortuus, qui illatus est; & sic religiosus locus non est, *l. 44. §. 1. ff. b. aut loci pretium præstetur;* & sic religiosus erit, *l. 7. pr. ff. b. Wesenb. l. d. n. 3. ibid.* Dn. Hahn. *n. 4. Schneidew. ad §. 9. I. d. R. D. n. 4.* quæ electio propter summum religionis favorem reo competit, *Zoel. b. n. 4.* Ad aliud tamen usufructuarius adversus proprietarium, & socius contra socium agere debet: cum enim tam proprietarius, quam socius jus aliquod domini in fundo habeat, sufficit fructuario, si ad interesse suum agere, & socio, si actione familiæ excisc. aut communi dividundo satisfactionem à socio impetrare possit, *l. 43. ff. b. l. 3. ff. comm. divid. l. 39. pro soc. Magnif. Dn. Struv. l. d. eb. 79.*

§. 21. Hodie cum publica constituta habeamus cœmeteria, ad id destinata, ut inferantur mortui, quorum usus omnibus pateat, *arg. l. 1. pr. ff. d. interdict. junct. l. 1. ff. d. loc. & itin. publ. l. 2. l. 11. ff. ne quid in loc. publ. proinde actio hæc ferè cessat.* Nihilominus tamen cum & hodie in ecclesiâ vel cœmeterio certa loca assignata sibi quidam habeant, unde si extraneus in locum ejusmodi mortuum inferre velit, actione hac utili ab illatione prohiberi utique poterit. *Hostiens. in summ. d. sep. §. quic. jus fun. Tholosan. lib. 2. c. 13. n. 7.* Et ita Jcti Helmstad. An. 1645. contra Nobilem quendam, qui alios in sepulchri hæreditarii possessione turbaverat, & terram effodi, sepulcorum ibi ossa ejici, mortuumque suum inferri curaverat, pronunciarunt. Quorum verba allegat Nobil. Dn. Hahn. *ad Wesenb. d. relig. n. 4.* E quibus concursus actionum hoc casu contingentem colligere est.

§. 22. Aliud edictum Prætoris est, quò cavetur, ut funus ducere liceat, ne corpora mortuorum detineantur aut vexitur, neve prohibeantur, quò minus per viam publicam transvehantur, aut quò minus sepeliantur, *l. 12. l. 38. ff. d. religios. l. 3. §. 4. ff. d. sep. viol.* ne dum disceptatur ita, insepulta cadavera jaceant, contra publicam & honestatem & utilitatem, *l. 43. ff. b. id quod ne fiat, prospicere, Prætoris officium est. l. 38. ff. b.* Quò spectat, quòd vectigalia, quæ in itinere olim, dum ex loco uno in alium

H 2 trans-

transferretur cadaver, solvenda erant, *l. 14. §. 4. l. 37. ff. h. Subla-*  
*ta postmodò sint, l. f. C. b. & nihil exigi debeat amplius, modò*  
*Principi id denunciatum fuerit, l. 3. §. 4. ff. d. sep. viol. Perez. in*  
*C. d. religios. n. 13. Cujac. l. 11. obs. 21.* Er edictum hoc dictam ob  
rationem etiamnum vita suam obtinet. Quapropter nec ho-  
diè prohiberi possunt, quò minus per viam publicam in alterius  
territorio transvehantur cadavera; modò transferentes Magi-  
strati illius loci id indicaverint, & transportationis veniam  
impetraverint, *d. l. 3. §. 4. Nobil. Dn. Hahn. l. d. Nec obst. quod*  
*captivum per alterius territorium ducere non liceat: hoc enim*  
*vim habet, & actum quendam jurisdictionalem sapere videtur;*  
*illud verò minimè. Besold. thes. pr. v. Durchfuhr der malefican-*  
*ten.* Aliud tamen obtinet, si v. g. Lutheranus in Pontificiò loco  
occidatur, quò casu non nisi datis literis reversalibus cadaver  
transferri permittitur, Besold. *th. pr. v. Durchfuhr der Verstör-*  
*benen.*

§. 23. Interdictum de mortuò inferendo prohibitorium est,  
quò vetat Prætor, vim fieri ei, qui mortuum infert in locum,  
quò alterò invitò, inferre ei jus est. *l. 8. §. 5. ff. h. §. 1. I. d. inter-*  
*dict.* Competit ei, qui jus inferendi in locum habet, si inferre  
prohibeatur. *l. 2. §. 1. ff. d. interdict. l. 43. ff. h. l. 1. §. 2. ff. d. mort-*  
*infer.* imò si ab itinere arceatur, *l. 1. §. 1. ff. d. mort. infer.* qui e-  
nim via debita sibi prohibetur, per consequens quoque inferre  
prohibetur, *l. 1. §. 3. ff. eod.* & idem, si alia servitus debeatur, di-  
cendum est. *d. l.* Quòd si verò vià ad sepulchrum quis careat,  
precaridò illam petere à vicino debet & iusto impetrare pretio,  
(neque enim actione civili aliquà ad hoc induci potest, sed ex-  
tra ordinem interpellandus est) ita tamen ut si pretium iustum  
accipere is nolit, à Prætoze compelli possit. *l. 12. ff. d. reli-*  
*gios.* Ubi tamen prospiciet iudex, ne via ista magnum prædìo  
detrimentum afferat, *d. l. 12.* tunc enim ad concedendam viam  
compelli vicinus nequiverit: sicut contra, si damnum omne ces-  
set, etiam absque pretio ea concedenda erit, *arg. l. 2. §. 1. 2. ff. d.*  
*aqv. pluv. arc. l. 7. C. d. precib. Imp. off. Perez. in C. d. religios. n. 5.*  
Excipitur casus, quò mulier, quæ prægnans mortua, sepelienda  
est; hanc enim ante excisum partum humari negat L. Regia, *l. 2.*  
*ff. d.*

285 f3  
9  
ff. d. mort. infer. Zoesl. cod. n. 1. Tholof. l. 2. r. 13. n. 11. ne calamitas matris noceat ei, qui in utero est, quod iniquum LL. censent. pr. l. d. ingenuis. l. 5. §. 2. ff. d. stat. hom. l. 4. C. d. penis. Quod si itaque cadaver ejusmodi antequam excidatur partus, inferri quis prohibeat, interdicto hoc non tenebitur. Wefenb. parat. ff. d. mort. infer. n. 3. Nobil. Dn. Struv. Ex. 15. tb. 101. Schneidew. ad §. 1. l. d. interdict. n. 47.

§. 24. Librum autem est ei, qui prohibetur, aut statim interdicto hoc uti, aut aliud inferre & postea in factum agere, per quod consequatur, quantum ejus interfuerit, prohibitum non esse, l. 9. ff. d. religios. Et venit in computationem hanc emti loci pretium, aut conducti merces, item sui loci pretium, quem quis nisi coactus religiosum non fecisset. d. l. 9. Differunt itaque interdictum hoc, & illa in factum actio, quod illud ipsi prohibentis facto resistat, vimque sibi illatam arceat, & tum non longam habet actio hæc cognitionem, sed paratam executionem: sicut & in omnibus funera spectantibus causis summarie procedi solet, arg. l. 43. ff. d. religios. cum scilicet sepultura dilationem non recipiat, l. ff. d. appell. recip. Speculat. rit. d. appellat. §. in quibus. n. 10. Nobil. Dn. Struv. Ex. 15. tb. 100. Dn. Hahn. l. d. Hac vero in factum actione qui experturus est, cedit qs. violentie, aliud mortuum inferens; postea vero ordinarie agit ad id, quod interest sibi. Unde hæc ad vindicandam, illud ad arcendam injuriam institutum esse videtur. Wefenbec. parat. ff. d. mort. infer. num. 2.

§. 25. Interdictum hoc itidem aliter hodie locum non habebit, quam inter eos, qui familiaria aut hæreditaria aut pecuniaria ab ecclesia assignata sibi sepulcra habentes, illaturi mortuos prohibiti fuerint: hoc enim casu utili interdicto, ne vis fiat sibi, prohibitus recte agere poterit, arg. l. 1. ff. d. mort. infer. Schultz. Synops. Inst. d. Interdict. lit. 2. Dn. Hahn. ad Wefenbec. d. mort. infer. n. 1. Besold. thes. pr. v. Begräbnis. Imò cum & hodie accidere queat, ut vel ob inundationem vel aliam gravem ob causam viâ publicâ ad cœmeterium uti nequeamus, ita ut per aegros vicinorum transeundum sit, & si illi forsan prohibeant, interdictum hoc est utile, notante Dn. Struv. Ex. 15. tb. 96.

H 3

CAP.

## CAP. ULT.

## De funerum &amp; sepulcrorum violatoribus.

## §. 1.

Superfunt funerum & sepulcrorum violatores, qui hyænam imitantes inquisitione corporum sepulcrorum busta eruunt, Solin. *Polyhist. c. 40.* Piccart. *dec. 6. obs. c. 6.* Schonb. *lib. 4. Polit. c. 5.* Quorum quod major apud omnes gentes funerum religio, eò gravius delictum nunquam non habitum & gravissimè nunquam non punitum fuit. Vid. Tholosan. *lib. 33. c. 14. n. 26.* Darius cum Semiramidis sepulchrum aperiisset, quid exanimatus legitur, legitur apud Herodot. *lib. 1. in fin.* Quid terroris Xerxem, efforsò Belj monumento occupaverit, testantur Ælian. *l. 13. c. 3.* Herod. *lib. 3.* Quam pœnam Polemarchus, quod Cyri Majoris funus spoliaverit, Alexandro M. dederit, tradit Plutarch. *in Alex.* Quem Neronis latet eventus, qui ut omnis religionis hostis erat, ita & defunctorum sepulchra adeò dehonestabat, ut urinam contaminare ea auderet. Sueton. *c. 56.* Quid de Heraclio Imp. qui Epiphaniam filiam, quod cum Fabia defuncta efferretur, per fenestram expuens, cadaver fortè contigisset, cum Fabia simul comburi iussit? Pompon. Lat. *in gen. Heraclii.* Et quis omnia? Tam nempe odiosum fuit delictum, ut repudii olim causa fuerit habita, *l. 8. §. 2. C. d. repudiis.* Et sacrilegium proximam sepulchrorum violationem Majores suos habuisse scribit Julianus Imp. *l. 5. C. d. sepulc. viol.* Sacrilegium verò quantis apud omnes coercitum fuerit pœnis, in vulgus notum est. *ὡς ἐπὶ τῶν εἰρηνῶν καὶ νεκρῶν, ut inquit Antigone apud Euripid. in Phœnijs. act. fin. μὴ ἐφύγετε τὸν νεκρῶν.* Et nullam accipiat vinculorum requiem, qui sceleris quadam immanitate quiescere sepultos non sinit. *l. 3. C. d. Episcop. aud.*

§. 2. Est verò sepulchri violatio crimen extraordinarium, quod duobus potissimum modis committi solet: vel circa ipsa sepulchra *l. 1. l. 2. l. 5. C. d. sep. viol.* vel circa funera aut corpora sepulcrorum injusti aliquid perpetrando. *l. f. ff. eod. l. 4. G. b. Magnif. Dn. Struv. Ex. 48. tb. 87. Perez. in C. d. sepulc. viol. n. 2.* Utrumque pluribus quoque permittitur rationibus, & variis





10 143  
786 9

riis punitur suppliciorum generibus, quæ adducere omnia char-  
tæ angustia prohibet. Vid. Dn. Struv. d. Exerc. thes. 87. seqq. &  
Disp. pro loco. d. adif. priv. th. 25. Zœf. ad ff. d. sep. viol. Perez. l. d.  
Tholosan. lib. 33. c. 23. & latè Kirchmann. d. fun. Rom. lib. 3. c.  
22. seqq.

§. 3. Si cadaveri sepulto injuria facta sit, cui hæredes ex-  
titimus, injuriarum actionem habemus, etiam nostro nomine,  
quia ad existimationem quoque nostram spectat, si injuria ei  
fiat, l. 1. §. 4. 6. ff. d. injur. l. 27. ff. eod. Et sepulchri quoque vio-  
lati crimen ad L. Juliam de vi pertinere statuitur, ex eâ parte scil.  
quâ de eò cavetur, qui fecerit quid, quò minus aliquis funere-  
tur, sepeliaturvé, quia & qui sepulcrum violat, facit, quò minus  
quis sepultus sit. l. 8. ff. d. sepulc. viol. Et in genere sepulcri vio-  
lati actio infamiam irrogat, l. 1. ff. eod. quia dolum punit, l. 3. ff.  
b. cujus propria pœna est dedecus, §. 6. l. d. suspect. tur. Wesenb.  
par. ff. b. n. 2. Zœf. eod. n. i. Tholosan. l. 33. c. 23. n. 11. Et ad civi-  
lem pœnam agunt præcipuè ii, quorum interest, & vel ex injuria  
facta, vel lucro ejus, qui violavit, vel damno quod contigit, vel  
temeritate ejus, qui fecit, interesse judicabitur. l. 3. §. 8. ff. d. sep.  
viol. Et si ad plures sepulchri jus pertineat, unusquisque ad id,  
quod interest ejus, agere potest. l. 3. §. 9. ff. eod. Quòd si nemo  
ad sit horum, vel sit quidem, agere tamen nolit, cuivis ex popu-  
lo agendi licentia tribuitur ad centum usque imò & certò casu  
ducentos quoque aureos. l. 3. pr. ff. b. Plures tamen si agere vo-  
luerint, ille qui justiore habere videtur causam admitteretur.  
d. l. Perez. in C. d. sep. viol. n. 3. Zœf. b. n. 1. Unde quanquam po-  
pularis hæc sit actio, luos tamen habet gradus, l. 3. §. 12. ff. b. Dn.  
Hahn. ad Wesenb. b.

§. 4. Dubium hic est, an centum isti vel ducentum aurei,  
quæ de jam dictum, inter actorem & fiscum dividendi sint, an-  
verò ad actorem solum pertineant. Prius faciliè affirmand. vi-  
detur per tex. l. 25. §. 2. ff. ad SCt. Silan. Wesenb. parat. ff. d. sep.  
viol. ibiq; Dn. Hahn. n. 2. Verùm tutius soli actori pœnam istam  
applicandam esse affirmavero, propter express. tx. l. 3. pr. ff. b.  
Nobil. Dn. Struv. Exerc. 48. thes. 89. Nec probat contrariam  
sententiam d. l. 25. cum longè diversi delicti pœna ibi continea-  
tur,

4

287  
tur, ejus sc. qui defuncti nece haud vindicatâ, testamenti tabbâ aperuerit, recitaverit vel aliud quid fecerit; hic verò de ejus poenâ qui circa sepulchra deliquit, quaestio sit. Quin & expressè ibi Prætor dimidiam argenti partem præmii nomine agenti daturum; alteram verò in publicum redacturum sese edicit; hic verò contrarium potius elucescit, *d. l. 3. pr. junct. S. 3. ff. h. Add. Matth. d. crimin. c. 2. d. sep. viol. n. 6.*

§. 5. Sepulcra quoque violabant olim, qui intra urbis moenia sepelire mortuos audebant, *l. 3. S. 5. ff. d. sepulc. viol.* Hoc enim sub ipsis urbis incunabulis sanctè prohibitum erat, ceu late probat Kirchm. *lib. 2. cap. 20.* Cùm verò negligi quodammodo id videretur, L. XII. Tabb. denud prohibebat. Cic. *d. 2. LL.* Postea D. Hadrianus 40. aureorum poenam in eos, qui in civitate sepelirent, statuit, & fisco applicari eam jussit, & in Magistratum quoque qui id fieri passus esset, eandem poenam sanxit, *l. 3. S. 5. ff. h.* quod valebat, etiamsi lex municipalis in civitate sepeliri permitteret: oportet enim Imperialia statuta vim suam obtinere, omnique in loco valere. *d. l. 3.* Et refert Dio Cass. *lib. 48. A. ab V. C. 716.* Romæ cautum fuisse, ne mortui intra duo millia passuum ab urbe cremarentur. Antoninus quoque Pius sepeliri intra urbem noluit, *Capitolinò teste in vitâ Anton. C. d. religios.* quæ eandem prohibitionem repetit. Sed tamen contraria postmodum consuetudo inolevit, & ipse Imper. Leo, cùm mortuos non nisi extra urbem sepeliri humanam naturam dedecore afficere esse censeret, sicut à consuetudine rectè negligebatur, ita & decretò suo id prorsus reprobavit, & cuique vel intra vel extra muros sepeliendi potestatem fecit. Vid. *Nov. Leon. 53.* Quin imò in ipsis quoque templorum penetralibus sepeliri postea licuit, fores pendentibus Constantinò M. & Honorio Imp. quorum hic Romæ, ille Constantinopoli in porticu templi Apostolorum humatus legitur. Cùm tamen mos hic ad eò invalesceret, ut omnis, imæ etiam fecis homuncio, in templis sepeliri cuperet, justè quoque ab Imp. Gratian. Valent. & Theodof. restrictus fuit, *l. 2. C. d. SS. Eccles.*

§. 6. Funerum quoque violatores habentur, qui defunctum



11 143  
787 9

atque debitorem suum, ut facilius debita consequi possint, sepul-  
turae tradi prohibent, arretando cadaver illius, welche den toden  
Cörper auf der Baare verarrestiren. Hoc enim fieri maximè pro-  
hibitum est, cum cadavera mortuorum quam citissimè sepul-  
turae tradi Reipubl. summè interfit, ne foetorem sc. excitent pestem-  
vè aliòs vè morbos causentur, arg. l. 43. ff. d. religiof. l. 3. §. 5. ff. d.  
sepulc. viol. l. 2. §. 29. ff. nequid in loc. publ. Quod tamen Aegy-  
ptii facere consueverunt, dum defunctorum cadavera pignoris  
locò deponere creditoribus solerent, Lucian. *de pign. 285*. Diod.  
Sicul. lib. 2. c. 5. Schneidew. ad §. 1. *J. d. interdict. n. 44*. Kirchm.  
l. 1. c. 8. Quid quòd Romana olim temeritas secari ac partiri de-  
functi debitoris corpus permittebat, si modò creditores id pete-  
rent. Gellius l. 20. N. A. c. 1. Quintilian. lib. 3. c. 8. Id quod tamen  
nunquam factum fuisse, arbitratur Gell. d. l. At mitior mox Ro-  
manus genius esse incepit, & illud non prohibitum solùm, sed &  
defuncti debitoris exequias impedire nefas reputatum fuit

§. 7. Unde qui id facere ausi essent, generali primùm D.  
Severi edicto coërcebantur, l. 3. §. 4. ff. d. sep. viol. Postea vero ex  
constitutione Justinì Imp. poenà 50. aureorum puniebantur, &  
qui in aere non habebant, corpore lucre delictum coërcebantur,  
l. 6. C. eod. Verùm, ceu solet, ut mitiore visà poenà, plenò impetu  
homines in vitia proruant; ita nec hìc aliter res accidit, & nemo  
erat, quin defunctum debitorem suum retinere, & de corio ejus  
satisfacere sibi vellet. Unde ceu fas est, ut crescentibus delictis  
poenae quoque crescant, ita & hìc severius quid excogitatum  
fuit, & gravissimè ab Imp. Justiniano statutum, ut qui funeri debi-  
toris sui sese opponere & exequias ejus impedire ausus esset, non  
debito solùm caderet & jus crediti amitteret, sed tertio quoque  
bonorum parte privaretur, infamià notaretur, & hæredibus de-  
functi injurià inde affectis alterum tantum præstare cogeretur.  
*Aub. item qui C. d. Sep. viol. Nov. 60. c. 1. Nov. 115. c. 5.* Et rectè:  
qui enim hominis naturam non erubuit, & glorià & aliis omni-  
bus damnari dignus est. *d. Nov. 60. c. 1.* Et etiamnum nostrà æ-  
tate poena hæc infligi solet; quomodo & Ann. 1535. M. Maj. Mer-  
catori cuidam ita delinquenti Dn. J. C. i. Jenenses eam addixerunt.  
So seyð Jhr ermelten arrestanten dieses wieder rechtlichen hoch-  
I straf-

41



strafahren beginnens halber *conditione legis* oder *ex auth. item*.  
*C. d. sep. viol. & Nov. 60. c. 1.* zu belangen wohl befugt. Krafft de-  
rer er nicht allein auff schleunige *relaxation* des Arrests auch die in  
Händen habenden *Urkunden* aus zu händigen und hienebens  
aller seiner gehaltenen Forderung verlustig/sondern auch hingenen  
so viel/als seine Schuld angetroffen/etuch zu vergütigen und auszu-  
zahlen schuldig / und nechst *confiscation* der *Obrikeit* zuständi-  
gen dritten Theils seines Vermögens / die Zeit seines Lebens *pro*  
*infami* und Ehrenrührig nicht unbillig vertheilet/ *condemniee*  
und erkand wird. Vid. Magnif. & Nobil. Dn. D. Richter. *decif. 77.*  
*n. 54.*

§. 8. *Nec excusatur delictum, ut arrestare cadaver liceat, etiam si inter contrahentes de eò post obitum ad consequendum debitum detinendo convenerit, cum turpis ejusmodi sit conventio.* Scotan. *Exam. Jurid. p. 2. d. mort. infer.* *Nec licet, etiam si ex instrumento quarentigiato debeat mortuus aut contra eum lata sit sententia.* Nobil. Dn. Hahn *ad Wesenb. d. religios. Felin. in e. sicut Judai. x. d. Judais.* Schneidew. *l. d. n. 43.* Dn. Carpz. *Conf. 30. p. 1. def. 22. n. 7.* *Nec consuetudini contrariæ tanta est auctoritas, ut juri positivo præjudicium hic generate valeat, cum maxime sit irrationabilis, arg. l. 32. ff. d. LL. l. 2. C. q. sit long. consv. cap. 11. d. consuet.* Belgii tamen & aliis quibusdam in locis permitti id solere testantur *Zoel. ad ff. d. sep. viol. n. 5.* Covarruv. *l. 2. V. R. c. 1. n. 11.* Add. Magnif. Dn. Richter. *Expos. auth. item C. d. sep. viol. n. 67.*

§. 9. Duo hic excipi solent casus, quibus cadaverum sequestratio permilla est. Prior est, in usurariis manifestis, quorum cadavera Ecclesiastico judici à sepultura prohibere conceditur, donicum de usuris plenarie satisfactum aut iis, quibus facienda est restitutio, idonee minimum cautum fuerit. *cap. 2. d. usur. in 6. Petr. Peck. d. jur. sistendi c. 4. n. 23.* Vid. *suprà cap. 3. §. 13.* Posterior casus est, cum funus aliquandiu in alieno loco deponitur, donec sepultura fiat: cum enim tum prædictæ sanctionis cesset ratio, nihil vetat, quò minus cadaver detineri possit, donec solvatur pensio. Dn. Mayius *tr. d. arrest. c. 8.* Dn. Hahn. *l. d. Magnif. Dn. Richt. l. d. n. 57.*



10 143  
287

§. 10. Non verò dicta Constitutio ad defuncti debitoris bona extenditur, ut qui intra tricesimum à mortis tempore diem arrestare ea velit, sepulchri violati adeoque & poenae constitutae reus fiat. Quamquam enim licitè id fieri negent Dd. plurimi *per tx. Nov. 115. c. 5. §. 1. vers. sancimus. & gl. in Landst. lib. 1. art. 22. verb.* Der Richter soll vor dem dreystigsten nicht kimmern / Coler. *d. P. E. p. 2. c. 3. n. 398.* Berlich. *p. 1. concl. 74. n. 104. & a. lii.* Rectius tamen affirmant illud Dd. etiam Magni, Magnifici. Dn. D. Richter. *decis. 77. n. 56.* Dn. Carpzov. *Const. 29. p. 1. def. 38.* quod & in praxi observatur, Menoch. *in process. p. 20. c. 5. n. 14.* cum arrestatio illa non in defuncti aut hæredum injuriam, sed creditoris assecurationem imponatur. Nec obstat in contrarium alleg. *txx.* cum illi non de simplici arrestatione, sed de reali molestatione, quâ aut defuncti sepultura impeditur aut hæres in luctu turbatur, loquantur. Hoc autem cum in Saxonica illâ arrestatione non fiat, quippe quæ ob præsens periculum solius prælationis gratia, ut creditoris jus aliquod reale in bonis debitoris acquiratur, concedi soleat, adeoque nec defuncti sepulturam nec hæredis possessionem turber, proinde jure permitti consuevit. Finckelth. *obs. pract. 15. n. 4.* Rosa *in addit. ad Moller. Constit. 29. p. 1. n. 14.*

§. 11. Eadem coercentur poenâ, qui moribundi ædes accedentes ipsum aliosvè, qui ejus sunt, molestant, aut in rebus ejus non servato legali officio, signacula ponunt, *autb. item. C. d. sep. viol. Nov. 60. princ.* cum & hi hominis naturam non erubuerint, & evolantem jam animam importunitate suâ inquietare ausi fuerint, adeoque & pecunia & gloriâ aliisque omnibus condegnari digni itidem sint. *d. Nov. 60.* Tum quod & de vi privata exactores ejusmodi teneantur, quippe quas petitiones habuerint, non per judices poposcerint. *l. 7. ff. ad L. Jul. d. vi priv. Magnif. Dn. Richt. Expos. autb. dist. n. 14.*

§. 12. Judex qui tanquam mulus & pecus intellectum non habens, *Cothm. conf. 18. n. 294.* aut frater aliquis poenitentiae, Diabolum habens sub cappâ, *ut loquitur Cynus in l. 9. C. d. contrab. emr.* à creditore imploratus improvidè defuncti debitoris corpori arrestum imposuerit, aut arrestantes debita poenâ

I 2  
6068

H

coercere neglexerit, poenâ suâ quoque plectitur, & urbanus quidem triginta librarum auri; provincialis verò quinque. *Nov. 60. c. 1.* Sunt enim arresta in se odiosa, *Schultz addit. ad Modest. Pistor. qp. 136. num. 15.* ita, ut per boves & asinos in Republ. administrari jus censetur, ubi arresta facillè conceduntur. *Coler. d. P. E. p. 2. c. 3. n. 148. Besold. th. p. m. v. Arrest.* quanto magis ergò hoc odiosò casu facilis eorundem concessio coercenda fuerit?

§. 13. Saxonico Jure qui cœmeteria violant, non secus ac latrones rota puniri debent, *LandR. lib. 2. art. 13. ibi: Alle Mörder/ und die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen/ oder Kirchhöffe/ die soll man alle radebrechen.* Quod tamen generaliter ita rigorosum nimis est; adeoque vix de aliâ violatione, quàm quæ cum insigni sacrilegio conjuncta est, intelligi poterit. *Matth. p. 1. decis. 147. n. 2.* Qui verò cadavera sepulchrorum spoliant arbitrariè puniendi sunt. *Matth. l. d. relegatione sc. carcere, vel fustigatione; suspensii enim poenam in eos statuere durum esset, cum nec furtum nec spoliū ii committant propriè, quippe quòd defuncti nihil possideant, l. 1. §. 15. ff. si is qui test. lib. Bl. in l. 5. ff. d. 7. §. 7. n. 24.* Optimè itaque arbitraria hæc conceditur animadversio, tanquam in casu deficientis certi supplicii. *Jason. l. 4. ff. d. jurisdict. omn. jud. nu. 17. Dn. Carpz. Const. 34. p. 4. def. 1.* Nisi circumstantiæ factum aggravent, & severiorem poenam postulent, v. g. si effossa cadavera spoliator iterum non tumulet, aut alio graviore modo peccet, *Damhoud. p. m. crim. rer. c. 109. n. 6. Menoch. d. A. J. Q. lib. 2. cent. 4. cas. 387. n. 14.* Tunc enim capitis poena infligi utique poterit, *juxta Const. Elect. 34. part. 4. princ.*

§. 14. Qui suspensorum vel rotæ impositorum cadavera spoliant, sepulchri quoque violati rei sunt, & poena eorum itidem arbitraria est. *Jason. in l. d. Menoch. d. A. J. Q. lib. 1. cas. 86. n. 8.* Quanquam enim nec hi injuriam cadaveribus intulisse aut furtum propr. commisisse dici possint, *arg. d. l. 1. §. 15. ff. si is qui testam. lib. esse.* cum tamen spoliatione ejusmodi publicè justitiæ locum non parùm violent, *Boër. decis. 212. n. 42.* & scandalum aliis non parvum præbeant, *Dn. Hahn. ad Wesenbec. d. sep. viol. n. 3.* proinde rectè poenæ alicui subjiuntur, quæ fustigatio est



est *juxta Const. Electoral. d. S. 1.* Non tamen hoc ad illos, qui non ipsas vestes, sed nummos tantum in veste detentos suspensis auferunt, extenditur. Mirius itaque aliquantò pecuniæ ejusmodi accipitres puniri solent. Dn. Carpzov. *Const. d. def. 31.* ubi & ita Dn. Scabb Lipsienf. respondisse testatur: Ob nun wohl N. N. bekant/ daß er eine Leiter an Galgen gelegt / hinan gestiegen / und 3. fl. dem gehängten Diebe aus den Hosens gezogen und zu sich genommen re. So mag er doch gestalten Sachen nach/weil dieser Fall in der Churfürstl. *Const. 34. part. 4.* nicht ausdrücklich be-grieffen/mit der Straffe des Straupenschlages nicht belegt werden / Er wird aber seiner Begünstigung halber 6. Tage lang mit Gefängnis gestraffet/ B. N. W.

S. 15. Il verò qui suspensos vel rotæ impositos de patibulis vel rotis profus auferunt, pro intentione eorum animoque auferendi variam pœnam sustinent. Omnibus enim indistinctè capitis pœnam cum Wesenb. *pam. ff. d. sep. viol. distitare* tutum forrè non erit. Unde cognati, qui ad sepulturam cadavera auferunt, cum tam graviter non peccent, mitiorem quoque, pecuniariam sc. aut carceris pœnam persolvunt, *arg. l. 1. ff. d. cadav. pun. Const. Elect. 34. p. 4. S.* die jenigen / so die todten Körper. Contra verò illi, qui non ad sepulturam, sed ad Magicos usus aliudvè illicitum exercitium ea tollunt, sicut longè gravius delinquant, Tiraquell. *d. nobil. c. 20. n. 114.* ita & gravio-rem longè pœnam sustinere debent. *d. Constit. Elect. S.* Do ts qber re. *ibid.* Dn. Carpz. *def. 4.* Quibus associantur quoque ii, qui non totum quidem corpus suspensi, partem tamen ejus ad malos & illicitos usus auferunt, v. g. welche die Diebesbaumen abschniden / quos pœna quoque severiore plecti fas est. Imò & illi etiam extraordinariâ digni sunt pœnâ, qui absque Principis consensu ad anatomices studium & exercitium cadavera ejusmodi auferunt, mitiori tamen subjiciuntur; ceu rectè existimat Dn. Moll. *ad Const. dict. 34. part. 4. n. 3.* Matth. *d. crimin. tit. d. sep. viol. c. 1. n. 7.* Dn. Hahn. *l. d.*

S. 16. Et eos quoque huc referunt Dd. qui pestifera lue infectos homines aliorumque ope tum indigentes curæ suæ creditos interficiunt, occisisque iis, quiequid occurrerit, ex adibus

H



384  
furripiuat. Nobil. Du. Haha. ad Wesenb. d. sep. viol. n. 3. Sapius enim accidit, ut quos pestis malignitas non consumserit, divina benignitas conservare voluerit, hominum impietas noxia medicamenta adhibendo, turpiter negligendo &c. interficiat, interfectis quicquid habeant, harpagem. Besold. thes. pr. v. Todtengräber. Unde duplex committunt delictum ii, homicidium nempe & latrocinium, quod tantò graviore dignum est supplicio, quanto atrocius æstimatur simplici maleficio l. 5. ff. ad L. Pompej. d. parvic. can. 28. c. 23. q. 5. Gravissimè proinde coercentur, & latronum in morem poenâ rotæ puniuntur, juxta Const. Elest. 5. p. 4. Imò & pro circumstantiarum ratione poenæ huic candentium forcipum ustulationem addi posse notat Dn. Carpz. ad Const. d. def. 1. n. 9. & prax. crimin. p. 1. q. 23. n. 12. Secus illi puniuntur, qui non spoliandi animo aegros interficiunt. d. Const. Elest. 5. §. 1. Et secus itidem illi, qui non interficiunt quidem commissos sibi, sed fame tantùm aut inedia perire eos sinunt. Sed discutiant hæc alii! Ego fatigatum hic calamum pono, & si quæ aptè minus dicta fuerint, veniam rogo.

## COROLLARIA.

### EX JURE PONTIFICIO.

I.

Somniabat, ni fallor, Clemens (imò Demens) III. cum in signo misericordie opus esse in peccatorumq. remissionem proficere scriberet, si quis publicam meretricem è lupanari in uxorem sibi assumeret. cap. inter opera. 20. d. sponsalib.

II.

Minus bene Innocentius III. πολυγαμῶς Patriarcha ab adulterio, non secus ac Jacobum à mendacio, Israhelitas à furto, & Samsonem ab homicidio excusatos esse dicit. cap. gaudemus. 8. d. divorciis.

III. Ne-



10 143  
790 7

III.

Nefariâ insolentia quadam Innocentius IV. Imperatorem Rom. degradandi licentiam sibi tribuit. cap. ad Apostolica. 2. d. sent. & rejudic. in 6.

IV.

Major jaētantia est Bonifacii VIII. quâ Romano Pontifici omnem creaturam humanam subesse omninò de salutis necessitate esse pronuntiavit. cap. unam. 1. extr. d. majorit. & obedient. Satis pro imperio!

V.

Bened. Bald. ad cap. intellecto. 33. d. jurejur. Imperium in Principis mar supio non esse dicit, ut per fenestram id quasi projicere possit. Viderint itaque Pontifices, quomodo donationem, quam à Constantino M. factam sibi jaētanti, c. 13. c. 14. dist. 96. defendere possint.

VI.

Callidè vero Clemens V. juramentum illud protectionis & defensionis sedis Apostolicae & Pontificis Romani, quod prestabant olim electi Imp. pro juramento fidelitatis, vasallagii & homagii vendicare novit, clem. unic. d. jurejur.

VII.

Nec minore versutiâ quadam juramentum fidelitatis, quâsi ab Ottone I. prestitum sibi, suo è cerebellò Papa finxit, can. Tibi Domino. 33. dist. 63. Egregia hominis astutia!

EX JURE PUBLICO.

I.

Duplici ratione errat Mariba, d. jurisdic. p. 1. c. 46. dum in Superioritatis & Majestatis recognitionem, & subjectionis testimonium omnes Reges Pontificis pedes exosculari debere scribit.

II.

Imperator nostro Roman. præ omnibus, Turcico etiam Imperatore, præcedentiam & præminentiam deberi utique affirmandum, est frustra reclamante Bodino lib. 2. d. Republ. c. 9.

III.

Verissimum est, quod dicitur: Wo der Keyser in das Land kömmt!

H



kömt/daselbst sind ihme die Gericht ledig/propter reservatum nem-  
pe sibi dominium & supereminens imperium in singulis Ordinum seu  
Statuum territorii.

IV.

Eodem modo dici solet: Keyserl. Majestät bringt das Geleit  
mit sich / quod sc. propter idem supereminens imperium libere per  
territoria transeundi veniam ab Ordinibus petere non teneatur.

V.

Minus commodè dicitur Jur. Saxon. lib. 1. art. 57. Der Schenk-  
cke des Reichs (Rex Bohemia est) hat keine Wahl/ darumb das er  
nicht Teutsch ist. Nec scopum ferire videntur, qui non nisi paribus  
& aequalibus suffragiis, ad electionem vocari cum scribunt.

VI.

Valde hallucinatur Knichen. d. Sax. non prov. jur. c. 7. n. 43.  
qui in pubertate Electorum judicanda annum cœptum pro comple-  
to haberi tradit, contra express. tx. A. B. tit. 7. verb. Nemlich acht  
sehen ganze Jahr.

VII.

Rectè Principes nostri in territoriis suis tantum posse dicun-  
tur, quantum Imperator in Imperio, daß ein ieder Fürste in seinem  
Lande Keyser sey. Sed tamen cautè id accipiendum est.

VIII.

Sic & Libera S. Rom. Imperii civitates tantum possunt, quan-  
tum Principes in suis territoriis: sicut enim hi ratione status cum  
juribus territorialibus & superioritate, mit der Landes Fürstl. Ho-  
hen Obrigkeit: ita & illa cum Superioritate territoriali, mit der  
Landes Hohen Obrigkeit/Landes Ober- und Herrligkeit investita  
sunt.

Tu qui principium mihi, qui mediumque fuisti:  
Sis etiam, quæso, DEUS OPTUME  
MAXUME,  
F I N I S,


ULB Halle  
005 132 592


3



VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

10 743

745

1663 21

22

D JVRIDICA  
 ENTE  
 NIS GRATIA,  
 TENTE  
*lissimo in florentissima LL. nu-*  
*ctorum Ordine,*  
 DENTE  
 RO  
*ultissimo atq. Excellentissimo*  
 D FRIDERICO  
 ITARIO IN *Wicfer-*  
 RE LONGE CELEBERRIMO,  
 ENTISSIMO, CVRIÆ PROVINCIA-  
 E NON SCABINATVS ASSESSORE  
 RE, PATRONO ATQVE PRO-  
 TATEM DEVENE-  
 DO,

PRIVILE-  
 NERVUM,

*von Agostini proponit*  
 Hartmann / ARNST.  
 NGVS,  
 ESPONDENS,  
*Offobr.*  
 rum, hor. consuet.

N Æ,  
 VERTHERIANO,  
 DC LXIII.



4